M. TVLLII CICERONIS

DE LEGIBVS LIBRI

EX RECOGNITIONE

IOHANNIS VAHLENI

BEROLINI
APVD FRANCISCVM VAHLENVM
MDCCCLXXI

LIPSIAE TYPIS BREITKOPFII ET HAERTELII.

Praefatio.

Emendatio librorum de legibus fide duorum codicum Vossianorum nititur, quorum qui aetate prior est (84 = A) ab earum rerum peritis undecimo saeculo scriptus dicitur, alter (86 = B) duodecimo. eos libros liberalitate uirorum praestantissimorum, qui bibliothecae uniuersitatis Leidensis praesunt, huc transmissos post Bakium Halmiumque denuo excussi testimoniaque eorum plene et diligenter exposui. quorum librorum cum recentiorem non esse ex altero descriptum certa indicia euincant, tum ex eodem fonte ambos manasse insignis eorum in maximis minimisque similitudo persuadet. sed uterque codex suum expertus est correctorem. a quibus quae profecta sunt, adeo inter se conspirant, ut ea quoque eandem prae se ferre originem uideantur. et Vossianum A quidem qui perpurgauit nescio quo elegantiae studio ductus radendo fere primitiuas scripturas deleuit et ubi uel litterae syllabaeue correctione defungi posset, saepe tota uocabula abrasit. uerecundius alterius libri corrector operam in ea re sumpsit, in quo

fere primitiuae et correctae scripturae una cognoscantur. ita fit ut cum ambo libri pari sint auctoritate, utilitate tamen recentior sit saepe superior. sed sunt etiam loci, quibus neutrius codicis testimonio primitiua scriptura constet. ibi in subsidium recensionis codex Heinsianus (118, saec. XII) succedit, qui in plurimis cum Vossianis consentit, alia arbitrio correcta habet, sed nonnulla tenet, quae e communi fonte nata, si quid obscuritatis est scripturae in A aut B, commode illustrant. hunc ego non uidi sed scripturas, quas attuli, ex Halmii commentariis petii, posui autem non omnes sed eas tantum quas aut eam ob rem quam dixi aut aliis certis rationibus utiles esse duxi. quae praeterea in promptu fuerunt scripturae codicis Laurentiani siue Lagomarsiniani 11 a Reifferscheidio excerptae, iis usus non sum, quia cumulare inutiliter testimonia nolui, is autem liber etsi recte inter bonos refertur (n. mus. Rhen. XVII 295), tamen nihil adiuuat eum cui Vossianis uti liceat et ne Heinsiani quidem utilitatem aequat.

Ad Vossianorum igitur memoriam uerba Ciceronis recensui, quae iam in eo libro, unde reliqui ducti sunt, omni genere uitiorum inquinata legebantur. ac multa menda, leuiora praesertim, correctores eorum sustulerunt, quamquam iidem haud raro bona deprauarunt aut corrupta corruptiora dederunt: alia in Heinsiano emendate scripta sunt, et bona pars probarum emendationum ex aliis libris hauritur, qui nulla auctoritate eum tantum usum habent, ut per grassantem interpolationis temeritatem subinde uere inuenta praebeant. id genus librorum, quod praeter Leidenses adhibui, dete-

riorum nomine comprehendi, quorum lectiones selectas quas in adnotatione posui e Dauisii, Goerenzii, Moseri, Bakii, Feldhuegelii commentariis collegi. at uel sic restant non paucae emendationes, quae inde ab ultimis ut uidetur editionibus propagatae certo auctore carent. quas licet credibile sit magnam partem et ipsas e codicibus promptas esse, ego non potui nisi editionum nomine afferre: alias eorum editorum nominibus insigniui, in quorum libris primum apparent.

Vetustiorum autem editionum paucas tantum tractaui, nullam antiquiorem Ascensiana a. MDXXI, quam excipit ea, qua Petrus Victorius a. MDXXXVI et uerba Ciceronis castigauit et difficiliorum quorundam locorum castigationes explanauit. deinde Roberti Stephani librum a. MDXXXVIII, cui non dubito principem inter illius aetatis editiones locum assignare, quo libro quod Victorii quoque 'castigationes' receptae sunt, perperam a nonnullis pro Victoriana habetur, quam in his de legibus libris multis nominibus superat. praeterea et Camerarii editionem a. MDXL Ascensianae Victorianaeque similiorem illam quam Stephanianae uersaui et eam quae ex Caroli Stephani officina a. MDLIIII prodiit, in qua quae ex 'uetere' adnotantur lectiones eas sciendum est in his quidem libris non esse e codicibus sed e uetustioribus editionibus ueluti Roberti Stephani excerptas. denique Lambinianam a. MDLXV, quae sola ueram Lambini recensionem exhibet, qui et correxit nonnulla tacite et alia in additis adnotationibus explicauit.

Atque hi quidem legum libros una cum pluribus aut omnibus Ciceronis scriptis uulgauerunt: eorum

autem editorum, qui illo saeculo hoc opus peculiaribus libellis edendum curauerunt, nemo melius de eo et emendando et enarrando meritus est Adriano Turnebo. cuius tres editiones mihi praesto fuerunt, prima anno MDXXXVIII h. e. eodem quo Roberti Stephani liber emissa, ut utri eorum egregias quasdam emendationes tribuas in ambiguo sit; ea editio non uerba Ciceronis sed commentarium tantum Turnebi complexa editoris nomen in praefixo acrosticho tenet; secunda a. MDLII et tertia a. MDLVII Ciceronis libro a Turnebo recognito eiusdem commentarios correctos et auctos subiiciunt.

Nihil dico de recentiorum criticorum curis, quorum inde a Dauisio alius plus alio, nemo non aliquid bonae frugis ad perpoliendos hos libros attulit, ceteros autem Maduigii praeclarum ingenium antecessit. sed etsi non sine industria emendationum praesertim antiquitus factarum auctores indagaui, tamen fateor operam in ea re positam meam mancam exiisse, et tamen utilius putaui, progredi quo possis, quam ne inchoatam quidem hanc partem relinquere. nolui autem congerere quidquid a quibusuis labente tempore coniectatum fuerit. nam ante monstratam a Maduigio uiam et rationem patefactosque Bakii Halmiique beneficio sincerae scripturae fontes quid mirum homines doctos ceteroquin et acutos saepe operam emendando perdidisse, et postea opinio compluribus probata sed nullis certis argumentis firmata, inchoatos ac rudes hos libros a Cicerone relictos et additamentis alienae manus multifariam auctos et deformatos esse, emendationis successui non mediocriter offecit. quod contra ex diuturno usu eam esse horum librorum condicionem mihi persuasi, primum

ut temporum iniuria culpanda sit, qua per interitum nonnullorum archetypi codicis foliorum tam in exitu operis a Cicerone quidem absoluti quam in mediis libris superstitibus maiores minoresue partes interciderint: deinde ut non tam inconsultum correctoris arbitrium quam inconsiderata librariorum incuria hanc speciem procrearit, qui in eam maxime partem peccauerint, ut earundem similiumue uocum aut syllabarum repetitione decepti uoces singulas aut etiam plures atque adeo totas sententias scribendo omitterent. ea igitur medendi uia prae ceteris ecquid forsitan proficerem periclitatus sum, quam ipsa uitiorum natura commendare uidebatur, quibus nulla frequentiora hos libros occupasse Vossianorum testimonia fidem faciunt. opinationum autem congeriem iis finibus circumscripsi, ut eas ponerem quas, etsi uerum uel ueri partem non esse assecutae uiderentur, tamen non sine fructu aliquo accuratius perpendi arbitrarer. quoniamque a nouissimis editoribus, Halmio, Baitero, quorum iudicio multum tribuere soleo, aliisque uiris doctis saepius mihi discedendum esse uidi, mei pudoris esse putaui, eorum sententias nisi rationibus allatis non reiicere. quod institutum cum breuitate ita tenui, ut recognitum a me textum passim argumentis et exemplis declarare atque confirmare studerem.

Dabam Vindobonae non. Septembrib. a. MDCCCLXX.

CICERONIS

DE LEGIBVS

LIBRI

A = *cod. Vossianus* 84

B = *cod. Vossianus* 86

LIBER PRIMVS

1 ATTICVS. Lucus quidem ille et haec Arpinatium 1 quercus agnoscitur saepe a me lectus in Mario: si manet illa quercus, haec est profecto; etenim est sane uetus.

QVINTVS. Manet uero, Attice noster, et semper manebit: sata est enim ingenio; nullius autem agricolae cultu stirps tam diuturna quam poëtae uersu seminari potest.

ATTICVS. Quo tandem modo, Quinte, aut quale est istuc, quod poëtae serunt? mihi enim uideris fratrem laudando suffragari tibi.

M. T. CICERONIS LUCULLUS | EXPLICIT .... INCIPIT DE LEGIB. LIB̄ PRIM̄ | *A* M. TVLLI CICERONIS LVCVLLVS EXPLICIT | INCIPIT LIBER PRIMUS DE LEGIBUS | *B*, *sed in hoc inscriptio ab* INCIPIT *et ipsum initium libri* Lucus — agnoscitur *in loco, quem alia inscriptio occupauerat, per rasuram deleta*

1 *Nomina interlocutorum nulla habent A B* 2 a me* *A* mario ſinmanet *A* mario* ſinman& (ſ *e corr, fuit* marioſ inman&) *B* si manet *editiones* si enim manet *Dauisius* 5 manet *in litura A* atti|ce *sed* atti *in litura A* 6 nulluſ *corr* nulliuſ *B* 7 stirps *editiones* ſtipſ *A* cultuſ tip ſtam *B*, *sic saepe in hoc codice praua litterarum et syllabarum distinctione, quae punctis et lineolis regitur, uelut in hoc ipso capite* 7 uerſuſ‿eminari 10 eſtiſ‿tuc *p.* 4, 5 tu‿eſem piternā *p.* 4, 16 poetatu‿ine: *sed genus significasse satis erit; singillatim talia recensere nil attinet, nisi ubi momentum facere uidebitur* 10 poete *corr* tę *B* poetę* *sed* ę *corr ex* e *A* fratre *corr*

Qvintvs. Sit ita sane [uerum] uerum tamen, dum 2
Latinae loquentur litterae, quercus huic loco non deerit, quae Mariana dicatur, eaque, ut ait Scaeuola de fratris mei Mario, 'canescet saeclis innumerabilibus;' nisi forte Athenae tuae sempiternam in arce oleam tenere potuerunt aut, quod Homericus Vlixes Deli se proceram et teneram palmam uidisse dixit, hodie monstrant eandem, multaque alia multis locis diutius commemoratione manent quam natura stare potuerunt. qua re glandifera illa quercus, ex qua olim euolauit 'nuntia fulua Iouis, miranda uisa figura,' nunc sit haec. sed cum eam tempestas uetustasue consumpserit, tamen erit his in locis quercus, quam Marianam quercum uocant.

Atticvs. Non dubito id quidem; sed haec iam 3
non ex te, Quinte, quaero, uerum ex ipso poëta, tuine uersus hanc quercum seuerint, an ita factum de Mario, ut scribis, acceperis.

Marcvs. Respondebo tibi equidem, sed non ante

---

fratrẽ *B* fratrẽ (rẽ *in litura*) *A* 1 ȷta (ȷ *corr*) *A* ſane (a *e corr A*) uerum. Uerumtamen *AB* *alterum* uerum *om deteriores et editiones* 2 latinae *B* latine *A* 3 dicat̃ *B* dicatur (a *in litura*) *A* dicetur *Halmius, quod non fuisse in A ante lituram spatium persuadet, in quo* dicantur *haberi potuit* Eaquae *B* ut* ait *A* (*uidetur* uti ait *fuisse*) 4 canef*cet *A* ſeclıſ *corr* ſe̜ *B* innumerabibuſ *sed pr corr B* *De Scaeuola poëta deque hoc praeconio Marii Ciceronis disseruit Hauptius Ber. d. sächs. Ges. d. Wissensch.* 1846 *p.* 49) 5 athene tue *B pr* ſempiternã* (a *corr*) *A* oleã (a *corr*) *A* 6 deli**ſe (ſ *corr*) *AB* 8 eaᴺdem *A* eandemultaq; *B sed* eandẽ *corr* diu*tiuſ (*prius* u *corr*) *A* commemoratione* *A* 12 conſumᵖſerit *AB* 14 uocabunt *R. Klotzius*

15 ſed ʰaec *A* 16 non *om AB* iam non *editiones;* non iam *cur maluerit Halmius nescio; uide si tanti est Academ. pr. II* 47, 144 ad illa ueniam, quae iam non ad multitudinem, sed ad uosmet ipsos, qui adestis, pertinent poeta*tuine (tu *corr*) *A* poetatu.i.ne *B*; *idem fuisse puto in A, ubi praua distinctio, ut saepe, efficaciore remedio sanatur* 17 ſe*uerint (*fuit* ſeruerint) *A* 19 an-

quam mihi tu ipse responderis, Attice, certen *non* longe a tuis aedibus inambulans post excessum suum Romulus Proculo Iulio dixerit se deum esse et Quirinum uocari templumque sibi dedicari in eo loco iusserit, et uerumne sit *ut* Athenis non longe item a tua illa antiqua domo Orithyiam Aquilo sustulerit; sic enim est traditum.

4 Atticvs. Quorsum tandem aut cur ista quaeris?

Marcvs. Nihil sane, nisi ne nimis diligenter inquiras in ea, quae isto modo memoriae sint prodita.

Atticvs. Atqui multa quaeruntur in Mario fictane an uera sint, et a non nullis, quod et in recenti memoria et in Arpinati homine uersere, ueritas a te postulatur.

Marcvs. Et me hercule ego me cupio non mendacem putari, sed tamen *non* nulli isti, Tite noster, faciunt imperite, qui in isto periculo non ut *a* poëta,

---

ᴛiquam *B corr* anᴛequam *A* 1 ᴛu∗ *A* aᴛᴛice (*prius* ᴛ *in litura*) *A* certen non longe *Camerarius* cerᴛen longe (g *in rasura corr A*) *AB* cerᴛe non longe *Heinsianus* certene non longe *unus codex Parisinus* certon non longe *Turnebus* 3 ∗ıulıo *A* 4 dedıcare *corr* rı *AB* 5 ut *addidit Rathius, quod audiri Turnebus adnotauerat* uerũɴeſıᴛ · aᴛnıſ (ɴeſıᴛ *in litura*) *A* uerũneſıᴛaᴛ·nıſ *B* uerũne ſıᴛ aᴛhenıſ *Heinsianus* uerene Athenis *Dauisius, sed* uerene *non explet spatium in A* 6 orıᴛhıam *B* orıᴛhılam *Heinsianus* orıᴛhı∗am *A* aquila (o *supra*) *A* 8 cur ſum *corr* quor ſum *B* 9 nihil *scribit quasi praecessisset non* cur *sed* quid ista quaeris, *quem ad modum ad fam. IX* 3 *extr.* sed quid ego nunc haec ad te? nihil scilicet, nisi ut rescriberes aliquid ınquırıſ (a *supra*) *B* 10 sunᴛ *Heinsianus pr* 12 & *ante* a *in litura A* 13 uerseris ueritas *I. F. Wagnerus* uersere ueritas *A. W. Zumptius* uelſe | uerıᴛaſ *B* uelſe uerıᴛaſ (d *supra*) *A* 15 mercule *A* me rcule (he *supra*) *B* 16 puᴛarıſ · Eᴛ *B sed* puᴛarı · Sed *corr* ᴛamen non nulli *Heinsianus* ᴛamen nullı *B* ᴛamen *omisso* nonnullı *A* (*sic*) ıſᴛıᴛıᴛe n̄ᴛ *B* ıſᴛıᴛıᴛẽ ñr *Heinsianus* ıſᴛı∗∗∗ᴛıᴛe non *sed* ᴛı *alterum et* on *in litura A* 17 facıènᴛ *B* periculo] 'periculum *hoc loco significat id quod fit ab artifice tantum experiendi et periclitandi ingenii gratia, seu quod primo ab artifice excogitatur et efficitur, ut postea expoliatur et accu-*

sed ut a teste ueritatem exigant; nec dubito quin idem et cum Egeria conlocutum Numam et ab aquila Tarquinio apicem inpositum putent.

QVINTVS. Intellego te, frater, alias in historia leges 5 obseruandas putare, alias in poëmate.

MARCVS. Quippe cum in illa *omnia* ad ueritatem, Quinte, referantur, in hoc ad delectationem pleraque: quamquam et apud Herodotum, patrem historiae, et apud Theopompum sunt innumerabiles fabulae.

ATTICVS. Teneo quam optabam occasionem neque 2 omittam.

MARCVS. Quam tandem, Tite?

ATTICVS. Postulatur a te iam diu uel flagitatur potius historia; sic enim putant, te illam tractante effici posse ut in hoc etiam genere Graeciae nihil cedamus. atque ut audias, quid ego ipse sentiam, non solum mihi uideris eorum studiis, qui litteris delectantur, sed etiam patriae debere hoc munus, ut ea,

---

ratius absoluatur. extat titulus libr. VII codicis Iustin. de sententiis ex periculo recitandis.' *Lambinus, qui primus hanc librorum scripturam in textu posuit: priores* opusculo. *Confer Nipperdeium Spicil. II in Corn. Nepotem Ien.* 1869 *p.* 11 uт a poeтa *Heinsianus corr* uт poeтa *AB* 1 ſed uт a teſте *Heinsianus* Eт uт aтeſтe *B* ſed uт**eſт*aтe | (*fuit* ſed uтaтeſтeaтe) *A* ne (c) *A* 2 cō*egerıa (*fuit* com) *A* quome (c) gerıa *B* 3 ınpoſıтum *B* ımpoſıтo *A* puтenтur *B* 4 ınıſтorıa *A* mıhı ſтorıa *rasura mutatum in* ın hıſтorıa *B* 6 ın ılla *Heinsianus* ılla *A* ılle *corr* ıllę *B* omnia *addidi* (referantur omnia *Ernestus*) 7 quı_ınтe *B* quıɴ·тe *sed* ɴ *corr A* in hoc *R. Stephanus* ın hac *AB Heinsianus* delecтıonē (тı) *A* 8 quāquā (ɴ) *B* apuт (d) *B* 9 тheoponpum *A* тheopāpum (ON) *B* ınnumerabılıſ fabule *B pr* 10 obтabam *B* 11 obmıттā *A* 13 dıu uel *Heinsianus* dıu& *sed* u& *in litura A* dıu*eт *sed* u *et* т *corr* (*fuit* dı uel) *B* diu et *Halmius, quod apparet nullam fidem habere* 15 grecıae *A* graeтıae *B* 17 eorū тudıſ *sed* ſ ante т *add corr B* eorum*ſтudıſ (ıſ *in litura*) *A* quı lıттerıſ *Heinsianus* queuı (тuıſ) lıттerıſ (que *mutatum in* quı) *A* Quıтuıſ lıттerıſ *sed* т *ante* u *corr B* qui in litteris *Halmius, at non in habet A sed* ui, *quod apparet, unde ortum sit* 18 paтrıe *corr* paтrıę *B*

quae salua per te est, per te eundem sit ornata; abest enim historia litteris nostris, ut et ipse intellego et ex te persaepe audio. potes autem tu profecto satis facere in ea, quippe cum sit opus, ut tibi quidem uideri solet,
6 unum hoc oratorium maxime. quam ob rem adgredere, quaesumus, et sume ad hanc rem tempus, quae est a nostris hominibus adhuc aut ignorata aut relicta; nam post annalis pontificum maximorum, quibus nihil potest esse ieiunius, si aut ad Fabium aut ad eum, qui tibi semper in ore est, Catonem aut ad Pisonem aut ad Fannium aut ad Vennonium uenias, quamquam ex his alius alio plus habet uirium, tamen quid tam exile quam isti omnes? Fanni autem aetati coniunctus Antipater paulo inflauit uehementius habuitque uires agrestis ille quidem atque horridas, sine nitore ac palaestra, sed tamen admonere reliquos potuit ut adcuratius scriberent. ecce autem successere huic belli, Clodius, Asellio: nihil ad

1 que *corr* quę *B* pτe*c̃ *A* te^e undem *B* abest enim *editiones* aτ·ẽ enım (τ *et* ẽ *in litura*) *A* A τe enī *sed mutatum in* Aτ·ẽ·enī *B* adē enım *Heinsianus* 2 ıntellıgo *corr* ıntellego *A* 3 poτeſ* *A* (*fuit* poτeſτ) 5 ho^c *A* 6 queſumuſ *corr* quęſ *B* 8 annalıſ *B* *corr* annaleſ *A* 9 ieiunius *Ursinus* ıucundıuſ *AB* *Mirum est tot uiros doctos maluisse aut corrigendo aut defendendo operam perdere quam optime inuento uti: nam hoc manifestum est requiri simile illi quod sequitur* exile *et quidem grauius: poterat enim eadem sententia uel hoc modo efferri:* quid tam exile est quam aut annales pontificum, quibus nihil potest esse ieiunius, aut Cato, Piso, Fannius, quamquam ex his alius alio plus habet uirium? *ad exemplum horum de finibus III* 22, 74 quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius, aut in operibus manu factis tam compositum tamque compactum inueniri potest 11 Quãquã *B* 12 exılle* *sed prius* l *erasum et* e *postremum corr B* exıle* (e *postremum corr, fuit ut uidetur* exılle) *A* 13 fannı *B* fannıı *A* Fannio *Turnebus* aetati *nescio quis apud Turnebum* aeτaτe *AB* Antipater *cod. Parisinus Moseri, editiones* paτer *B* paτ̃ *A* 14 Habuıτ quaę *B* 15 paleſτra *AB* 16 admonere^re lıquoſ *A* uτ]ıd *B* adcuraτıuſ *per rasuram mutatum in* acc *AB* 17 bellı glodıuſ aſılıo *A* bellıgla^o dıuſ aſılıo *B* clodıuſ *corr Heinsianus* Asellio *R. Stephanus* belli *uerum*

Caelium, sed potius ad antiquorum languorem et inscitiam. nam quid Macrum numerem, cuius loquacitas 7
habet aliquid argutiarum, nec id tamen ex illa erudita Graecorum copia sed ex librariolis Latinis, in orationibus autem multas ineptias, elatio summam inpudentiam. Sisenna, eius amicus, omnes adhuc nostros scriptores, nisi qui forte nondum ediderunt, de quibus existimare non possumus, facile superauit; is tamen neque orator in numero uestro umquam est habitus et in historia puerile quiddam consectatur, ut unum Clitarchum neque praeterea quemquam de Graecis legisse uideatur, eum tamen uelle dum taxat imitari: quem si adsequi posset, aliquantum ab optumo tamen abesset. qua re tuum est munus hoc, a te expectatur, nisi quid Quinto uidetur secus.

Qᴠɪɴᴛᴠs. Mihi uero nihil, et saepe de isto conlo- 3 / 8
cuti sumus; sed est quaedam inter nos parua dissensio.

Aᴛᴛɪᴄᴠs. Quae tandem?

Qᴠɪɴᴛᴠs. A quibus temporibus scribendi capiat ex-

---

puto nec sine grata quadam et conuenienti huic sententiae ironia dictum, ut non sit, quod de Gellio uel Gelliis, quorum nomen ex belli *non belle fictum illis duobus praemitti nonnulli uoluerunt, operosius quaeratur*   1 coeliũ *A*   langorẽ *A*   in | ſcitiam *sed* c *corr ex* t *B*   2 nam] tã *B*   Macrum *Carolus Sigonius* acrũ *AB*   loquacitaſ* *sed* acitaſ *in rasura B*   4 grecorũ *A*   5 multas ineptias *deteriores nonnulli, R. Stephanus* multãſ ineptuſ *AB*   elatio *codex S. Victoris, R. Stephanus* datio *B* dacio *sed* c *mutatum in* t *A*   ſũmã inpudentia (*fuit utrobique* ã) *A* ſummã inpudentian *B*   impudentia *cuiusuis rei est, quae modum excedat: confer de orat. III* 43, 169 abutimur saepe etiam uerbo non tam eleganter quam in transferendo, sed etiamsi licentius tamen interdum non i m p u d e n t e r: *cui respondet ex altera parte* uerecundia *uelut* translationis: *Orat.* 24, 81 *Jahn.*   6 *ſiſenna *A*   ei' *A* neiuſ *B* meuſ *Corradus coll. Brut.* 75, 260   ſcriptoriſ *corr* eſ *AB*   8 ſuperauitiſ tamen *B pr*   9 in ſtoria *B*   10 puerili *corr* ile *A*   clitarcum *A* clitharchũ *B*   11 greciſ *A*   13 adobtumo *B*   14 hoc · a te *B*   17 ſimuſ *B*   19 capiat *AB sed corr* (*etiam in A*) capiat

ordium: ego enim ab ultimis censeo, quoniam illa sic scripta sunt, ut ne legantur quidem, ipse autem aequalem aetatis suae memoriam deposcit, ut ea conplectatur, quibus ipse interfuit.

ATTICVS. Ego uero huic potius adsentior; sunt enim maxumae res in hac memoria atque aetate nostra, tum autem hominis amicissimi Cn. Pompei laudes inlustrabit, incurret etiam in illum *diuinum* et memorabilem annum suum: quae ab isto malo praedicari quam, ut aiunt, de Remo et Romulo.

MARCVS. Intellego equidem a me istum laborem iam diu postulari, Attice: quem non recusarem, si mihi ullum tribueretur uacuum tempus et liberum; neque enim occupata opera neque inpedito animo res tanta suscipi potest: utrumque opus est, et cura uacare et negotio.

9 ATTICVS. Quid? ad cetera, quae scripsisti plura quam quisquam e nostris, quod tibi tandem tempus uacuum fuit concessum?

MARCVS. Subsiciua quaedam tempora incurrunt, quae ego perire non patior, ut, si qui dies ad rusticandum dati sint, ad eorum numerum adcommodentur quae scribimus: historia uero nec institui potest nisi

---

2 Uτ neglegantur *B* ıpſe * *A* 3 ſu ememorıa *B sed* ſuę memorıa *corr* 5 adſentıor *A* (ſ *supra*) 6 maxumae *B* maxıme *A* aτ a&aτe *B* (q· *supra*) 7 τu *corr* τũ *B* ·c· n· *AB* 8 ınluſτrauıτ *sed* bıτ *pr corr B* diuinum *addidi: confer Philipp. XIII* 19, 44 memorabilis ac diuina uirtus; *ad fam. I* 9, 18 commemoranda et diuina liberalitas, *et similia saepe* diuina et egregia, eximia diuinaque, incredibilis et diuina uirtus, diuina et incredibili fide memorabıle mannum *B sed per rasuram correctum* 10 aıunτ *in litura A* romo *corr* remo *B*, *idem* remulo *sed pr corr* 11 equıdẽ *corr ex* æquıdẽ *ut uidetur B* 12 recuſſarem *sed* ſ *prius erasum A* 13 τemp*uſ (l *ut uidetur erasum*) *A* lıberum *sed* um *in litura A* 14 ocupaτa *A* (c *supra*) ımpedıτo *B* anımoreſ* *B* (τ *erasum*) 15 cura (c *corr*) *A* 17 quodaceτera (d *supra*) *sed* quıd *corr A* 18 τıbı (ı *prius corr*) *A* 19 conceſſum *Heinsianus* concenſuſ *AB* 22 adcom- (c *supra*)

praeparato otio nec exiguo tempore absolui: et ego animi pendere soleo, cum semel quid orsus *sum*, si traducor alio, neque tam facile interrupta contexo quam absoluo instituta.

ATTICVS. Legationem aliquam nimirum ista oratio 10
postulat aut eius modi quampiam cessationem liberam atque otiosam.

MARCVS. Ego uero aetatis potius uacationi confidebam, cum praesertim non recusarem quo minus more patrio sedens in solio consulentibus responderem senectutisque non inertis grato atque honesto fungerer munere. sic enim mihi liceret et isti rei, quam desideras, et multis uberioribus atque maioribus operae quantum uellem dare.

ATTICVS. Atqui uereor ne istam causam nemo 4 11
noscat tibique semper dicendum sit, et eo magis, quod te ipse mutasti et aliud dicendi instituisti genus, ut, quem ad modum Roscius, familiaris tuus, in senectute numeros in cantu *remissius* cecinerat ipsasque tardiores fecerat tibias, sic tu a contentionibus, quibus summis

---

modent̃ *AB* 2 orſuſ ſı *AB* orsus sim si *Dauisius: pro quo debuisse* sum *scribi Moserus adnotat, et ita Halmius* orsus *deleto* si *Turnebus* 6 ceſſatıonem *B* ceſſ[at]ıonē *A Confer Maduigium Emendat. in Cic. lib. philos p.* 89 lıberãatq; atq; otıoſam *sed* ˜ *e corr B* 7 ot[ı]oſam *A* 9 commınuſ *B* more *B* (*Halmius errauit*) 10 Reſponderent[m] *B* ſenec|tutıſque (t *prius corr*) *A* 11 ȷnertıſ *sed* rt *e corr A* 14 uellen[m]dare *B* 15 atquı *B* Atquı *sed* At *in litura A* Aſt quı *Heinsianus* 16 quo te *A* 18 [p.]roſcıuſ *A* p̃[·ro·]·ſcıuſ *B* 19 numeruſ *sed* oſ *corr A* remissius *addidi; sic enim puto, nec* in cantu *nec* cecinerat *recte temptari: nam numeri quidam sunt etiam in oratione et histrionis cantui recte opponitur tibiarum accessio, et hoc quidem tanquam grauius, si quidem* numeros *intentius an summissius canat, ipsius est actoris arbitrium, ille autem etiam ipsas tardiores effecerat tibias. confer de orat. I* 60, 254 cecınerant *A* ıncantu·ce‿cınerat *B* ıpſ[ſ]aq; *B* 20 contentionibus *unus Goerenzii, Victorius*

uti solebas, cottidie relaxes aliquid, ut iam oratio tua non multum a philosophorum lenitate absit: quod sustinere quom uel summa senectus posse uideatur, nullam tibi a causis uacationem uideo dari.

12 QVINTVS. At me hercule ego arbitrabar posse id populo nostro probari, si te ad ius respondendum dedisses: quam ob rem, quom placebit, experiendum tibi censeo id.

MARCVS. Si quidem, Quinte, nullum esset in experiundo periculum: sed uereor ne, dum minuere uelim laborem, augeam atque ad illam causarum operam, ad quam ego numquam nisi paratus et meditatus adcedo, adiungatur haec iuris interpretatio, quae non tam mihi molesta sit propter laborem, quam quod dicendi cogitationem auferat, sine qua ad nullam maiorem umquam causam sum ausus accedere.

13 ATTICVS. Quin igitur ista ipsa explicas nobis his subsiciuis, ut ais, temporibus et conscribis de iure

---

contionibuſ *A* ſi(c)ttua contionib; *B* 1 cottidie *B* cotidie *A* relaxiſ *sed* eſ *corr A* relaxi(a)ſ *B* ut * iã *A* uti iam *Gulielmius* aratio *B* 3 cũ *A in litura, puto* quom *fuisse;* cũ *B* 4 nullatibi | cauſiſ *B sed* ã *corr et* a *ante* cauſ *in margine add* 5 a(t)d mercule *AB* poſe *B* 6 probari * *A* ſi a(te)u(ad)t iuſ *B* 7 cõ * *A* cũ *B* experiendum *AB sed* 9 experiundo *iidem* 8 cenſeo, id ſi *AB* id censeo. *M.* Si *Turnebus* cenſeo. *M.* Si *deleto* id *Garatonius ad Milonianam* 18, 48 (*cf. Maduigius Emend. p.* 3) *fortasse* experiendum tibi censeo id ⟨quidem⟩. *M.* Si quidem: *in quo repetitum breuissimo interuallo* quidem *ne nimis displiceat, confer Brut.* 3, 13 uolui id quidem efficere certe, et capio magnum fructum, si quidem, quod uolui, consecutus sum; *de nat. deor. III* 32, 79 debebant illi quidem omnes bonos efficere, si quidem hominum generi consulebant 9 quinete (*sic*) *B* quin*te *A* in experiundo periculum: *hoc exemplo uti poterat Lehrsius in epimetro ad Aristarchum p.* 470 *ubi e Bell. Gall. VIII* 36 *hoc geminum* in experiendo cum periculum nullum uideret *attulit* 10 minueri uel in *sed* minuere uelim *corr AB* 11 at quã *corr* ad *A* 12 adcedo *A sed* acc *corr,* a(c)cedo *B* 13 que *corr* quę *B* 18 ais *Heinsianus* aliſ *B* aliſ *in litura A; fuitne* aiis? (*Cf. Quintil. inst.*

ciuili suptilius quam ceteri? nam a primo tempore aetatis iuri studere te memini, quom ipse etiam ad Scaeuolam uentitarem, neque umquam mihi uisus es ita te ad dicendum dedisse, ut ius ciuile contemneres.

Marcvs. In longum sermonem me uocas, Attice, quem tamen, nisi Quintus aliud quid nos agere mauult, suscipiam et, quoniam uacui sumus, dicam.

Qvintvs. Ego uero libenter audierim; quid enim agam potius aut in quo melius hunc consumam diem?

Marcvs. Quin igitur ad illa spatia nostra sedesque 14
pergimus, ubi, cum satis erit ambulatum, requiescemus; nec profecto nobis delectatio deerit aliud ex alio quaerentibus.

Atticvs. Nos uero et hac quidem ad Lirem si placet per ripam et umbram. sed iam ordire explicare, quaeso, de iure ciuili quid sentias.

Marcvs. Egone? summos fuisse in ciuitate nostra uiros, qui id interpretari populo et responsitare soliti sint, sed eos magna professos in paruis esse uersatos. quid enim est tantum quantum ius ciuitatis? quid

---

I 4, 11) 1 ſuptılıuſ *sed* ſub *corr A* ſubtılıuſ *B* ceterı *Heinsianus* ceterıſ *AB* nam[a] *A* 2 ıurı* (*fuit* ıurıſ) *A* memım *corr* memını *A* quōm *A* cū *B* 3 ſceuolam *A* [ſ]ceuolam *B* uentı[t]arē *A* uentıtarā *B* *sed* arē *corr pr* 4 contemnerıſ *corr* eſ *AB* 5 ſermonum *corr* nem *A* 6 quın*tuſ *A* quıe[n]tuſ *B* quıt *corr* quıd *A* 9 conſumam *corr Heinsianus* conſūmā *A* conſummā *B* 10 ſpacıa *A* adıllaſ pacıa *B* 11 pergım[a] *B* pergamuſ *sed* a *ut uidetur corr A* 12 der[e]ıt *AB* alıut *B* 13 querentıb; *AB* *sed* quę *corr in B* 14 [h]ac *B* ad Lirem *Bakius* adırem *AB* adıre *Heinsianus*; *illo* ad Lirem *uniuerse regio significatur, cui commode subiiciuntur haec, quibus accuratius uia designetur*, per ripam et umbram; *et* Lirem *nominari cum aptum sit propter* ripam *tum prope necessarium propter ea quae in prooemio secundi libri II* 1, 1 *ab eodem Attico dicuntur:* in Fibreno, nam opinor id illi alteri flumini nomen est, *quae uix satis apte dici uideantur, nusquam in superioribus alterius amnis, qui est Liris, mentione facta* 16 ſencıaſ *B* 17 ſummuſ *corr* ſummoſ *B* 20 enım·ē·

autem tam exiguum quam est munus hoc eorum, qui consuluntur? quamquam est populo necessarium. nec uero eos, qui ei muneri praefuerunt, uniuersi iuris fuisse expertis existimo, sed hoc ciuile quod uocant eatenus exercuerunt, quoad populo praestare uoluerunt; id autem in cognitione tenue est, in usu necessarium. quam ob rem quo me uocas? aut quid hortaris? ut libellos conficiam de stillicidiorum ac de parietum iure? an ut stipulationum et iudiciorum formulas conponam? quae et conscripta a multis sunt diligenter et sunt humiliora quam illa, quae a nobis expectari puto.

5 Atticvs. Atqui, si quaeres, ego quid expectem,
15 quoniam scriptum est a te de optimo rei publicae statu, consequens esse uidetur ut scribas tu idem de legibus: sic enim fecisse uideo Platonem illum tuum, quem tu admiraris, quem omnibus anteponis, quem maxime diligis.

---

corr enīm·ẽ· (*h. e.* enim mihi est) *A* enī mıhı ẽ *B* quıd *Heinsianus* quā *AB* 1 e* (*uidetur* ex *fuisse*) *B* erum *A* 2 quamquam *deteriores pauci, Turnebus* quā *AB* neceſſarıō *B* quamquam ... necessarium *auctore Reifferscheidio uncinat Baiterus, maxime ne Cicero idem iterum u.* 6 *posuisse uideatur; qui tamen non dubitauit scribere Oratore* 21, 69 probare necessitatis est, delectare suauitatis, flectere uictoriae: nam id unum ad obtinendas causas potest plurimum. sed quot officia oratoris, tot sunt genera dicendi, subtile in probando, modicum in delectando, uehemens in flectendo; in quo uno uis omnis oratoris est. *nec absimile quod hoc ipso capite* 4, 12 *paucorum interuallo uersuum legitur* causarum operam, ad quam ego numquam nisi paratus et meditatus accedo *et* dicendi cogitationem, sine qua ad nullam maiorem umquam causam sum ausus accedere, *quorum illud deleri cupit Bakius* 4 exptıſ *sed* ı *corr in* e *A* exptıſ *B sed* ı *ambiguum* 5 populo *B* populū *sed corr* populo *A* 6 in cognitione tenue *Oudendorpius et Maduigius Emendat. p.* 6 *Opp. II* 134 ıncognıtı detenuı *AB* ınu*ſu *A* (*fuisse* ınuıſu *uidetur*) 7 ortarıſ *B* 8 ſtıllıcıdıorū *B*, *Halmius errauit* 9 anſtıpulatıonū *B* formuloſ *sed* aſ *corr B* componā *B* 10 &·ſcrıp|ta *B* 12 adquı *B* quaeris *Rathius* 13 ·RI·P· *B* ·R· p. *sed* R *in litura A* 14 conſe-

Marcvs. Visne igitur, ut ille Cretae cum Clinia et cum Lacedaemonio Megillo aestiuo, quem ad modum describit, die in cupressetis Gnosiorum et spatiis siluestribus, crebro insistens, interdum adquiescens, de institutis rerum publicarum ac de optimis legibus disputat, sic nos inter has procerissimas populos in uiridi opacaque ripa inambulantes, tum autem residentes, quaeramus isdem de rebus aliquid uberius quam forensis usus desiderat?

Atticvs. Ego uero ista audire cupio. 16

Marcvs. Quid ait Quintus?

Qvintvs. Nulla de re magis.

Marcvs. Et recte quidem: nam sic habetote, nullo in genere disputando posse ita patefieri, quid sit homini natura tributum, quantam uim rerum optimarum mens humana contineat, cuius muneris colendi efficiendique causa nati et in lucem editi simus, quae sit coniunctio hominum, quae naturalis societas inter ipsos; his enim explicatis fons legum et iuris inueniri potest.

---

quenteſ ſe *B* 1 crete *B* crete *A* cum Crete *Turnebus* 2 lacedemonio *AB* Megillo *editiones* megal·o (*fuit* megallo) *B* maegala *sed* a *ultimum in litura A* 3 cupraeſſ&iſ *A* noſiorũ *B* ſpaciſ ſiueſtrib; *B* 4 atquieſcenſ *sed* ad *corr A* adquieſcenſ *B* 5 disputat *Turnebus* diſputanſ *AB* disputauit *Klotzius* 6 ꝓceriſſimaſ (eriſ *in litura*) *A* populo *A* uiridio pacaq; *B* uiridi· opacaq; (o *corr*) *A*, *fuisse in hoc quoque* uiridio pacaq; *uidetur* 8 queramuſ *B* Hiſdem *B* hiſdem *A* aliqd *B* 11 qd* (d *corr ex* u) *A*, *fuit* qui quin*tuſ *A* quietuſ *B* 14 posse ita *scripsi* honeſta *AB* disputando *non est quod mutetur, quod etiamsi possit cum* genere *coniungi, tamen nec illud desiderat adiectum et* disputando *recte et ex usu coniungitur cum* patefieri, *ut de oratore I* 57, 244 patefecit dicendo; *de rep. I* 16, 25 cum disputando rationibusque docuisset; *pro Scauro* 9, 19 quae potest eloquentia disputando ignoti hominis impudentiam confutare. 15 obtimarũ *B* 16 colendi *corr ex* colindi *A* 17 nati · · & inluce meditiſſim *B* 18 coniuntio *A* hominũ.q; *A* hominũ · que *sed corr* que *B* 19 iſ *B* explicabiſ *B* explicatoſ

17 Atticvs. Non ergo a praetoris edicto, ut plerique nunc, neque a duodecim tabulis, ut superiores, sed penitus ex intima philosophia hauriendam iuris disciplinam putas.

Marcvs. Non enim id quaerimus hoc sermone, Pomponi, quem ad modum caueamus in iure aut quid de quaque consultatione respondeamus. sit ista res magna, sicut est, quae quondam a multis claris uiris, nunc ab uno summa auctoritate et scientia sustinetur, sed nobis ita conplectenda in hac disputatione tota causa est uniuersi iuris ac legum, ut hoc ciuile quod dicimus in paruum quendam et angustum locum concludatur [naturae]: natura enim iuris explicanda nobis est eaque ab hominis repetenda natura, considerandae leges, quibus ciuitates regi debeant, tum haec tractanda quae conposita sunt et descripta iura et iussa populorum, in quibus ne nostri quidem populi latebunt quae uocantur iura ciuilia.

6
18 Qvintvs. Alte uero et, ut oportet, a capite, frater, repetis quod quaerimus; et qui aliter ius ciuile tradunt, non tam iustitiae quam litigandi tradunt uias.

Marcvs. Non ita est, Quinte, ac potius ignoratio iuris litigiosa est quam scientia. sed hoc posterius: nunc iuris principia uideamus.

Igitur doctissimis uiris proficisci placuit a lege, haud scio an recte, si modo, ut idem definiunt, lex

---

corr ıſ *A* 3 auriendam (h *supra*) *B* 8 condam *corr* qondam (v *supra*) *B* 10 ſed *corr ex* & *A* nobis ita *'ex antiquo libro' Manutius* norıſ ıſta *AB* nobis ista *Corradus* nobis *omisso* ista *R. Stephanus* conpleτenda *B* hanc *B* 12 concludatur · natura *'ex antiquo libro' Manutius, R. Stephanus* concludaτur naτurae · naτura *AB* 14 conſideranda elegeſ *B sed corr* conſiderandæ ∗ legeſ 15 cıuıτaτıſ *corr* eſ *AB* 16 conpoſıτa *AB* (*sic*) 17 nr̃ı ∗ (*fuit* nr̃ıſ) *B* 19 alτe ∗ (*fuit* alτer) *B* 20 querımuſ *A* q;rımuſ *B* q∗ *A* alτerıuſ *B sed corr* alτer · ıuſ 21 ıuſτıcıae *A* uıaſ Nonıτa · ẽ · *in litura A* 22 quın∗τe *A* quıncτe *B* ac *corr* aτ *AB* 26 auτ

est ratio summa, insita in natura, quae iubet ea, quae facienda sunt, prohibetque contraria: eadem ratio cum est in hominis mente confirmata et perfecta, lex est. itaque arbitrantur prudentiam esse 19
legem, cuius ea uis sit, ut recte facere iubeat, uetet delinquere; eamque rem illi Graeco putant nomine *a* suum cuique tribuendo appellatam, ego nostro a legendo: nam ut illi aequitatis, sic nos delectus uim in lege ponimus, et proprium tamen utrumque legis est. quod si ita recte dicitur, ut mihi quidem plerumque uideri solet, a lege ducendum est iuris exordium; ea est enim naturae uis, ea mens ratioque prudentis, ea iuris atque iniuriae regula. sed quoniam in populari ratione omnis nostra uersatur oratio, populariter interdum loqui necesse erit et appellare eam legem, quae scripta sancit quod uult aut iubendo *aut prohibendo,* ut uul-

---

corr haud *A* ^{h}aut *B* 1 in *auctore Maduigio tollunt Halmius et Baiterus: quod mihi abesse non posse uidetur, dicit enim diuinam rationem quae est insita in rerum natura* que *B pr* eaq; *B pr*

2 prohibetque *Heinsianus* ꝓhıb& quae *AB* 3 perfecta *scripsi* confecta *AB; confer I* 9, 27 confirmat ipsa per se rationem et perficit; *et sic saepe alias* perfecta ratio *tam in his libris quam in aliis Ciceronis dicitur; praefixa praepositio corruptelam traxit a proximo* confirmata, *quem ad modum simili errore de fin. III* 3, 11 nihil adiuuare arbitror neque adfirmare *scribitur pro eo quod uerum puto* confirmare *uel* firmare. *cf. de fin. II* 26, 82 nulla expectata nec exquisita uoluptate *pro* quaesita 6 eamquae *A* greco *A* a *addidit Turnebus* 7 ∗cuıq; apellatā *B* alıgendo *sed* a legendo *corr AB* 8 equıtatıſ *B* delectuſ uım *Heinsianus* ^{intellectuſ}detectuſ uım *B* (*sic*) ıntellectuſ$^{\text{·uim.}}$ *A sed* ıntellectuſ *in litura, nec dubitandum, quin ante rasuram* detectuſ *uel* delectuſ) uım *habuerit, reposito autem* ıntellectuſ *propter spatii angustias* uım *supra uersum collocatum sit* ıntelege *B* 9 quod ſı ıta *Heinsianus* quoſıt ıta *AB* 10 plerum qua *B sed* que *corr* 12 prudentıſ *AB* prudens *Halmius et Baiterus errore* 13 a^{t}dq; *B* popuları∗ ratıone *A* popuları∗ ratıone *corr ex* popularıſ ratıonıſ *B*

15 a^{p}pellare *A* legemq; (q̃; *corr*) *B* 16 aut prohibendo *addidit Baiterus coll. I* 6, 18 quae iubet ea quae facienda sunt pro-

gus appellat; constituendi uero iuris ab illa summa lege capiamus exordium, quae saeclis omnibus ante nata est quam scripta lex ulla aut quam omnino ciuitas constituta.

20 Qᴠɪɴᴛᴠs. Commodius uero et ad rationem instituti sermonis sapientius.

Mᴀʀᴄᴠs. Visne ergo ipsius iuris ortum a fonte repetamus? quo inuento non erit dubium quo sint haec referenda, quae quaerimus.

Qᴠɪɴᴛᴠs. Ego uero ita esse faciendum censeo.

Aᴛᴛɪᴄᴠs. Me quoque adscribe fratris sententiae.

Mᴀʀᴄᴠs. Quoniam igitur eius rei publicae, quam optumam esse docuit in illis sex libris Scipio, tenendus est nobis et seruandus status omnesque leges adcommodandae ad illud ciuitatis genus, serendi etiam mores nec scriptis omnia sancienda, repetam stirpem iuris a natura, qua duce nobis omnis est disputatio explicanda.

Aᴛᴛɪᴄᴠs. Rectissime, et quidem ista duce errari nullo pacto potest.

7
21 Mᴀʀᴄᴠs. Dasne igitur hoc nobis, Pomponi, nam Quinti noui sententiam, deorum immortalium ui, natura,

---

hibetque contraria; *cf. II* 4, 8 imperandi prohibendique sapientia aut uetando *editiones* 1 appellat *C. Stephanus* appellar& *B* appellare eτ *Heinsianus* appellarıτ (ıτ *corr in loco eraso trium litterarum capaci*) *A* conſτıτuendo *B* conſτıτuendı (ı *ultimum e corr*) *A* 2 ſaeclıſ *A* ſeclıſ (cl *in rasura corr*) *B* omnibus *Ascensiana* communıbus *A B Heinsianus* (*de A errauit Halmius*) ann[te]a[o]τaẽ *B* anτenoτaẽ *praeter* a *primum et* ˜ *in litura A* 5 ab[d]raτıonẽ (˜ *e corr B*) 9 reu[f]erenda *B* querımuſ *A* 11 ascrıbe *R. Stephanus* adſcrıbı *AB* ascribito *Victorius* 13 opτumam *B* opτımā *A* docuı *sed* docuıτ *corr A* 14 oīſquaẹe *B* ad[c]cōmodandę *A* ad[c]commodande *B* 17 nobıſ — 18 duce *in textu ob eiusdem uocis* duce *repetitionem omissa in imo margine manu antiqua posita A* explıcanda (lı *e corr*) *B* 20 pompẹ[o]nı *B* 21 ui natura *R. Stephanus, Lambinus* uτ naτura *A B* ui *omisso* natura *in margine editionis Lambinianae quae dicitur a.* 1584: *id quod nouissimi editores approbant, iniuria:*

ratione, potestate, mente, numine, siue quod est aliud uerbum, quo planius significem quod uolo, naturam omnem regi? nam si hoc non probas, ab eo nobis causa ordienda est potissimum.

Atticvs. Do sane, si postulas; etenim propter hunc concentum auium strepitumque fluminum non uereor condiscipulorum ne quis exaudiat.

Marcvs. Atqui cauendum est; solent enim, id quod uirorum bonorum est, admodum irasci, nec uero ferent, si audierint te primum caput libri optimi prodidisse, in quo scripsit 'nihil curare deum nec sui nec alieni.'

Atticvs. Perge, quaeso: nam id, quod tibi con- 22
cessi, quorsus pertineat expecto.

Marcvs. Non faciam longius; huc enim pertinet, animal hoc prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis et consilii, quem uocamus hominem, praeclara quadam condicione generatum esse a supremo deo. solum est enim ex tot animantium

---

quod enim in unius sententiae ambitu natura *non una significatione ponitur, nec per se est offensio* (*notum enim est quoties non solum* natura *sed etiam* res, sententia, ratio, causa, genus, *alia in una eademque sententia non eadem sententia ponantur*) *et si est offensio, tollitur eo quod in synonymorum coaceruatione* natura *fere sua et propria ui exutum uidetur: ceterum nihil frequentius Ciceroni quam copulata* uis *et* natura *nomina*

1 nŏmıne *B* 3 regi.Nam *Heinsianus* rıgınā *sed* regı | nā *corr A* rıgınem (e, a *suprascr.*) *B* 8 aτquı (aτ *in rasura*) *B* 10 caput libri *Victorius* capuτlı (*h. e.* libri, *quod eo compendio saepe uelut in Festi codice scribitur*) *A pr* capullı *B*, *corr A* caput uiri *Aldus nepos* 11 scripsit] '*Epicurum non nominauit, quod satis Attico notus esset auctor sententiae, et cum inter se Epicurei* dixit *dicebant, per excellentiam Epicurum intelligebant.*' *Turnebus. Cf Tusc. I* 14, 31 Serit arbores, quae alteri saeculo prosint, ut ait in Synephebis, *quem locum doctissimi quidam pluribus modis interpolarunt* ne ſuı *A* 13 queſo *A* q;ſonam *B* ıd (d *corr ex* c) *B*

14 curſuſ *corr* quorſuſ *B* 17 conſılıuſ *B* 18 condıτıone *A B* *Lactantius Inst. diu. IV* 4, 6 M. Tullius, qui fatetur hominem

generibus atque naturis particeps rationis et cogitationis, quom cetera sint omnia expertia. quid est autem, non dicam in homine sed in omni caelo atque terra, ratione diuinius? quae quom adoleuit atque per-
23 fecta est, nominatur rite sapientia. est igitur, quoniam nihil est ratione melius, eaque *est* et in homine et in deo, prima homini cum deo rationis societas. inter quos autem ratio, inter eosdem etiam recta ratio et communis est; quae cum sit lex, lege quoque consociati homines cum dis putandi sumus. inter quos porro est communio legis, inter eos communio iuris est; quibus autem haec sunt inter eos communia, ei ciuitatis eiusdem habendi sunt. si uero isdem imperiis et potestatibus parent, multo iam magis; parent autem huic caelesti descriptioni mentique diuinae et

---

praeclara quadam condicione a summo (supremo) deo esse generatum. *Ibidem I* 5, 24 Cicero . . frequenter deum confitetur ac supremum uocat in iis libris, quos de legibus scripsit 1 generalibuſ *B* et cogitationis *omisit B* & cogı‖τατιonıſ *A sed* & cogı *in extrema pagina litura corr* 2 quom (c *supra*) *B* quoř *A sed* ř *in rasura corr* ceτera (a *corr in rasura*) *A* exparcıa (e *supra*) *B* *Lactantius Inst. diu. II* 11, 15 Quod Cicero quamuis expers caelestium litterarum uidit tamen. qui libro de legibus primo hoc idem tradidit quod prophetae, cuius uerba subieci: animal hoc prouidum — — omnia expertia 4 dıuınuſ (ı *supra*) *A* quom *A* dıuını˘uſquequo (cum *supra*) madoleuıτ (˘ *et cetera signa e corr*) *B* *Lactantius Inst. diu. III* 10, 6 Et quia in homine ratio ipsa perfecta est, sapientia nominatur 6 eaque (ea *in litura*) *A B* est *addidit Maduigius*; inest *post* in deo *addendum coniecerat Wyttenbachius* 8 ratio communis est *R. Stephanus*; *fuitne* par et communis? *cf. I* 13, 35 9 confoτıaτı *A sed* oτ *corr* 10 homıneſ (h *corr*) *B* cūdıſ* (dıſ *in rasura*) *A* cum dıſ puτandı *B* (*idem fuisse in A ante lituram apparet*) 12 inter eos *quod Mosero auctore a plerisque deletur uindicat Haasius ad Reisigii schol. l. lat. adn.* 374 communı *B* ei *Bakius* & *B et in rasura corr A* 13 hıſdẽ *B* 14 parenτ* *A B* (*uidetur* parenτe *in B fuisse, de A ambiguum est*) 15 auτem *A* auτ̃ *B* deſcrıpτıone (*corr* nı) *B* dıſcrıpτıonı *A confer ad III* 5, 12 menτıo quedıuıne (*corr* nę) *B* men-

praepotenti deo. ut iam uniuersus hic mundus *sit* una
ciuitas communis deorum atque hominum existimanda.
et quod in ciuitatibus ratione quadam, de qua dicetur
idoneo loco, agnationibus familiarum distinguuntur
status, id in rerum natura tanto est magnificentius
tantoque praeclarius, ut homines deorum agnatione et 8
gente teneantur. nam cum de natura hominis quae- 24
ritur. disputari solet, *et* nimirum ita est ut dispu-
tatur, perpetuis cursibus conuersionibus*que* caelestibus

---

tı*que dıuınȩ *sed* ın *corr in rasura A* 1 p̄potentı.de[VN]u[e]tıam *B* prȩpotentı[UN] de &ıam &ıam *in rasura A* praepotentı deo ut ıam *Heinsianus eandemque scripturam puto ante lituram in A fuisse nec esse cur alia anquirantur cum Halmio: confer II* 3, 6 sit *om AB* existimanda sit *Turnebus* 2 ex*ıſtımanda *B* 3 cı-tatıb; *B* dıqua *corr* de *A* dıcıtur *corr* dıcetur *AB*

4 a[g]natıonıbuſ *A* dıſtınguntur *A* 5 magnıfıcencıuſ *A*

6 p[r]eclarıuſ *B* 7 contineantur *Gulielmus Christ, sed confer de diu. I* 30, 64 animus, quippe qui deorum cognatione teneatur

cū[de] natura *B* hominis *Turnebus, R. Stephanus* omnı *AB*

quaeruntur dıſputarı ſolent nımırum ıta ſunt (ſ̄ *B*) ut dıſpu-tantur *AB*; *cum de* quaeritur *quod iam in uetustissimis editionibus expressum est non uideatur dubitari posse; simplicitas suadet, ut idem numerus etiam reliquis uerbis reddatur omnibus* (solet *dete-riores nonnulli*), *quae ab eo errore, quo primum* quaeruntur *posi-tum est, aequabilitatis studio ut fit in pluralem numerum abierunt* (*cf. Schoemanni opusc. acad. III* 345) *et recte* et *additur ante* ni-mirum *a Lambino quem ad modum ad Att. XV* 19, 2 potest totum esse σχεδίασμα, et nimirum ita est *et ibidem XVI* 7, 5 aliud nihil habeo, quod iis a te uerbis significari putem, et hercule ita est *et saepe alibi. ceterum resecari illud commatium* nimirum .... dispu-tantur, *quod auctore Wyttenbachio nouissimi editores uoluerunt, non debuit: quid enim si hoc quod disputari solet uerum non est aut scriptori non probatur, quo iure eo uti argumento potuit ad demonstrandum id quod posuit, homines deorum agnatione teneri?*

9 que *add Ernestus Lactantius Inst. diu. II* 11, 1 Aiunt certis conuersionibus caeli et astrorum motibus maturitatem quandam extitisse animalium serendorum. *unde si quid omnino colligere licet, rectius legisse Lactantium* cursibus *quam non legisse colligas; quod uocabulum iniuria deletur a nouissimis editoribus:*

extitisse quandam maturitatem serendi generis humani, quod sparsum in terras atque satum diuino auctum sit animorum munere, quomque alia quibus cohaererent homines e mortali genere sumpserint, quae fragilia essent et caduca, animum esse ingeneratum a deo. ex quo uere uel agnatio nobis cum caelestibus uel genus uel stirps appellari potest. itaque ex tot generibus nullum est animal praeter hominem, quod habeat notitiam aliquam dei, ipsisque in hominibus nulla gens est neque tam mansueta neque tam fera, quae non, etiam si ignoret qualem habere deum deceat, tamen haben-
25 dum sciat. ex quo efficitur illud, ut is agnoscat deum, qui, unde ortus sit, quasi recordetur *et* agnoscat.

---

confer Tusc. V 24, 69 totius mundi motus conuersionesque perspexerit. *de nat. deor. II* 5, 15 aequabilitatem motus conuersionumque caeli: *sic enim puto recte scribi quae traduntur* conuersionem caeli; *ibidem II* 25, 64 cursum et conuersionem spatiorum ac temporum 1 exті*тiſſe *A* exтiſſe (ті) *B* 2 parſum (ſ) *A* ſaтum *corr Heinsianus* facтum *AB* 3 munerı (*corr* munere *AB* cumque *Turnebus* quamq; (Nɔmqᵭ*) (ᵭ *corr ex* u) *A* quamquȩ (N ᵭ) *B* alia quibus *Ascensiana* alıquıbuſ *AB* coherent (re) *A* co|herenт *B* 4 ſumſerınт *A* que *corr* quȩ *B* flagıcıa *B* fragılıa *A sed* r *et* l *corr* 7 stirps *editiones* ſтırpıſ *AB* apelları *A Formam sententiae* ex quo . . appellari potest *illustrat Maduigius Emend. Liuian. p.* 367 8 habeaт** (aт *corr in rasura, fuit ut uidetur* hab& ad) *B* habeaт* (aт *corr ex* т) *A* 9 aliquam dei. ipsisque in hominibus *R. Stephanus* alıquā de ıpſıſ quın homınıb; *B pr* alıquā deı *** quın homınıb; *corr B* alıquade | ******* ~~quı homınıbuſ~~ *A*, *in rasura* de ıpſıſ *fere agnoscitur:* de (*sic*) *in exitu uersus uidetur non prima manu scriptum esse* nulla eſт (genſ) *A* 10 manſu&am *B* manſueтa *A De diuin. I* 1, 2 gentem quidem nullam uideo neque tam humanam atque doctam neque tam immanem tamque barbaram, quae non significari futura . . censeat 12 ıllìdexhıſagnoſcaт (uт) qui - unde (deum) (aт *in rasura corr ex* unт *ut uidetur*) *A* 13 o тuſ *corr* orтuſ *A* recordetur et agnoscat *Turnebus, R. Stephanus* recordeтur agnoſcaт *A* recordeтur cognoſ|caт (ɔ) *B Cf. in Pison.* 6, 12 ipse certe agnoscet et cum aliquo dolore flagitiorum suorum recordabitur. *Tusc. I*

iam uero uirtus eadem in homine ac deo est neque alio ullo in genere praeterea: est autem uirtus nihil aliud nisi perfecta et ad summum perducta natura: est igitur homini cum deo similitudo. quod cum ita sit, quae tandem esse potest propior certiorue cognatio? itaque ad hominum commoditates et usus tantam rerum ubertatem natura largita est, ut ea, quae gignuntur, donata consulto nobis, non fortuito nata uideantur, nec solum ea, quae frugibus atque bacis terrae fetu profunduntur,

---

24, 58 agnoscit illa reminiscendo *Lactantius Inst. diu. III* 10, 7 Qua de re Ciceronis uera est sententia: Ex tot, inquit, generibus nullum est animal praeter hominem, quod habeat notitiam aliquam dei, ipsisque in hominibus nulla gens est neque tam mansueta (immansueta *libri nonnulli*) neque tam fera, quae non etiamsi ignoret qualem haberi deum deceat tamen habendum sciat. ex quo efficitur (*om* illud), ut is agnoscat deum, qui unde ortus sit quasi recordetur (*om* agnoscat). *Ibid. VII* 9, 10 illud argumentum, quod etiam M. Tullius uidit, satis firmum est. ex eo aeternitatem animae posse dignosci, quia nullum sit aliud animal, quod habeat notitiam aliquam dei. *Idem de ira dei* 7, 6 Propterea nullum est animal, ut ait Cicero, praeter hominem, quod habeat aliquam notitiam dei. *ceterum ex hoc potissimum loco colorem quendam duxisse uidentur quae scribit Lactantius Inst. diu. I* 2, 5 nemo est enim tam rudis, tam feris moribus, qui non, oculos suos in caelum tollens, tametsi nesciat, cuius dei prouidentia regatur hoc omne, quod cernitur, aliquam tamen esse intelligat 1 Iā uero uirtuſ (Iā u *in rasura corr*) *A* uirtuſ (iam *superscr.*) *B omisso* uero 2 in genere *Dauisius* ingenio *AB* praeterea. est autem *editiones* p̄tereaſ autem (aut̄) *AB* 3 nisi perfecta *Bakius* inſe perfecto *AB* quam in se perfecta *deteriores* pducta natura eſt *AB* perducta. Naturaliſ eſt *Heinsianus* perducta natura. Naturalis est *J. Kleinius n. mus. Rhen. XXIV* 496 4 quomdeo ſimilitudo *B* quod (od *corr*) *A* quom (æ d *superscr.*) (*h. e.* quom *pr corr in* quae, *dein mutatum in* quod) *B* que *corr* quę *B* 5 propior *in litura B* ppior *A* cercior uecognitio *B* cerciorue cognatio *sed* a *corr A* 6 ad (d *corr ex* b *ut uidetur*) *AB* commoditatiſ (eſ *corr*) *AB* 8 conſulta (o *superscr.*) *B* conſulto *sed* o *ultimum corr ex* a *A* 9 aeaq; *corr* eaq̄; *B* bagiſter|re (c *superscr.*) *B* bacıſ terrę *sed* cıſ ter *in rasura A*

sed etiam pecudes, quod perspicuum sit, partim esse ad usum hominum, partim ad fructum, partim ad uescen-
26 dum procreatas. artes uero innumerabiles repertae sunt docente natura, quam imitata ratio res ad uitam
9 necessarias sollerter consecuta est. ipsum autem hominem eadem natura non solum celeritate mentis ornauit, sed et sensus tamquam satellites adtribuit ac nuntios, et rerum plurimarum obscuras nec satis * * intellegentias et donauit quasi fundamenta quaedam scientiae, figuramque corporis habilem et aptam ingenio humano dedit: nam cum ceteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit ad cael*ique* quasi cognationis domiciliique pristini conspectum excitauit; tum speciem ita formauit oris, ut in ea penitus recon-
27 ditos mores effingeret: nam et oculi nimis arguti,

---

1 quod (*sic A quoque*) perspicuum sit, *quae certatim corrigere studuerunt, uindicauit Maduigius Emend. in Cic. lib. philos. p.* 8 *sq.* parτum *corr* parτ*ιm *B* ad*uſum (*uidetur* adhuſum *fuisse*) *B* 2 frucτuum *A* frucτuũ *corr* frucτũ* *B* uιſcendum *corr* ueſ *AB* 3 arτιſ *corr* eſ *AB* uιro *corr* uero *A* ιnnumerabιlιſ *corr* eſ *AB* repτe *corr* τẹ *B* 5 ſolerτaſ *corr* ſolerτer *AB* 6 caelerιτaτe *B* 7 sed ei *Bakius* ad[τ]τribuιτ *AB* 8 nuncιoſ (c *mutatum in* τ) *A* nec ſaτιſ ιnτellegencιaſ *mutatum in* gendaſ *AB* nec satis apertas intellegentias *Lambinus*: *puto* nec satis ⟨illustratas ingenuit⟩ intellegentias (*et* illustratas *addi Beierus uoluit de off. III* 19, 76) *coll. I* 22, 59 quasi adumbratas intellegentias . . quibus inlustratis *et de fin. V* 21, 59 ingenuitque sine doctrina notitias paruas rerum maximarum 9 donauit *Krausius* et donauit *scripsi* enudauιτ *A* enudauιḍ[τ] *B* *cf. de orat. I* 25, 114 inseri quidem et donari ab arte non possunt, omnia sunt enim illa dona naturae *et de divin. II* 46, 96 haec astro ingenerata et tradita 10 fιgurã quae *B* 11 anιmam[τeſ] (m *extremo in* n *mutato*) *B* anιmanτeſ *corr ex* anιmam *A* 12 ad caelique *deteriores nonnulli*, *C. Stephanus* ad caelι *AB* eτ ad caelι *Heinsianus* 14 formauιτ orιſ *Heinsianus* formạ[al]τιorι* *A* for|ma ulτιorιſ *corr* alτιorι *B* 15 nimis *cur displiceat nescio*: mimi arguti *Heideggerus Halmii discipulus et de* mimis *iam cogitauerat Moserus* arguτι (g *corr*) *B*

quem ad modum animo affecti simus, locuntur, et is, qui appellatur uultus, qui nullo in animante esse praeter hominem potest, indicat mores, quoius uim Graeci norunt, nomen omnino non habent. omitto opportunitates habilitatesque reliqui corporis, moderationem uocis, orationis uim, quae conciliatrix est humanae maxime societatis; neque enim omnia sunt huius disputationis ac temporis et hunc locum satis, ut mihi uidetur, in iis libris, quos legistis, expressit Scipio. nunc quoniam hominem, quod principium reliquarum rerum esse uoluit, generauit et ornauit deus, perspicuum sit illud, ne omnia disserantur, ipsam per se naturam longius progredi, quae etiam nullo docente profecta ab iis, quorum ex prima et inchoata intellegentia genera cognouit, confirmat ipsa per se rationem et perficit.

Atticvs. Dii inmortales, quam tu longe iuris prin- 10 28
cipia repetis, atque ita, ut ego non modo ad illa non properem, quae expectabam a te de iure ciuili, sed

---

1 affecti *deteriores* affectiſ *Heinsianus* effecti *AB* ſimuſ *Heinsianus* ſumuſ *AB* & hiqui appellant *B* 2 appellat *A sed* app *et* t *in rasura corr* 3 hominem *Heinsianus* hominū *A* homine *B* quoiuſ *B* Cuius (*sic*) *A corr* ſuimoreci *corr* *uimgreci *B* 4 habet *B* habent *sed* ent *et proximum* o *in rasura A* 5 oportunitateſ *AB* habi·tateſq; *B* reli*qui *A* 6 uimq; *corr* uim·q; *B* uimq; *A* humane *corr* ne *B* 7 maxime *corr* me *B* 8 cuiuſ *B* 9 mihi det *B* (*sic*) uidet *ex parte corr A* iis *deteriores* hiſ *AB* lib*riſ *A* expraeſſit *A* expreſſit (t *in rasura corr*) *B* 10 *Lactantius de opif. dei* 1, 13 in libro enim de legibus primo cum hoc idem summatim stringeret, sic ait: hunc locum — Scipio 11 generauit*& (t & *in rasura corr*) *AB* 12 ne* *A* 13 quae|a&iam (a *ante* & *erasa*) *B* quæetiā *sed* æ *uidetur ex* a *corr A* nullū *corr* nullo *AB* 14 iis *deteriores* hiſ *AB* incoata *B* incoata *A* 15 intelligentia *A* 16 ratione *corr* nē *B* & pficit *superscriptum A* & pfecit *corr* ficit *B* 17 quam tu *Heinsianus* quantu *corr* quantū *AB* 18 at *corr* ad *AB* 19 *super* properem *rec* l

facile patiar te hunc diem uel totum in isto sermone consumere; sunt enim haec maiora, quae aliorum causa fortasse conplecteris, quam ipsa illa, quorum haec causa praeparantur.

Marcvs. Sunt haec quidem magna, quae nunc breuiter attinguntur, sed omnium, quae in hominum doctorum disputatione uersantur, nihil est profecto praestabilius quam plane intellegi nos ad iustitiam esse natos neque opinione set natura constitutum esse ius. id iam patebit, si hominum inter ipsos societatem
29 coniunctionem*que* perspexeris. nihil est enim unum uni tam simile, tam par, quam omnes inter nosmet ipsos sumus. quod si deprauatio consuetudinum, si opinionum uanitas non inbecillitatem animorum torqueret et flecteret, quocumque coepisset, sui nemo ipse tam similis esset quam omnes essent omnium. itaque quaecumque est hominis definitio, una in omnis
30 ualet. quod argumenti satis est nullam dissimilitu-

---

festinē *scriptum est in A* q; ſpectabam *corr* ⁊q̃; (ex) ſpectabam *B* 1 paciar (c *in* t *mutatum*) *A* 2 que *corr* quę *B* 5 que *corr* quę *B* 6 attigun͂t (n) *B* q; *corr* q̃; *B* quae in hominū quae in hominū *A* 7 diſputatione *Heinsianus* diſputationē *AB* uerſantur *per lituram corr ex* ſeruantur *A* ueruan͂t (ſ) *B* (*sic*) nil *A* 8 intelligi *A* iuſticiā *AB* *Lactantius Instit. diu. VI* 25. 9 homines autem nonnisi ad iustitiam nasci cum philosophi ueteres tum etiam Cicero suspicatur. disserens enim de legibus. sed omnium, inquit, quae — esse natos. *Idem de ira dei* 14. 4 cuius rei testis est M. Tullius in libris de legibus ita dicens: sed omnium — esse natos 9 opinioneſ & *corr* opinione*ſed *AB* ēē *superscriptum A* iuſ*idiam (ſ *erasa*) *B* 10 Id iā patebit *in litura A* homineſ *B* hominū *sed* ū *corr A* 11 coniunctionemque *Heinsianus* cuniunctionem *A* coniuc|tionem *B* nihil *praeter* n *in rasura A* 13 conſuetudinēm *AB* 14 opinionē *A* 15 quoquumq; *A* cocūq; *corr* qocūq; (v) *B* cepiſſ& *B* 16 ipſi *corr* ipſe *A* omnes essent *Ascensiana, Petrus Ramus* omneſ (om̃ſ) ſunt *AB* 17 definitio (n *pr corr ex* ti) *B* una*in (i *corr*) *A* 18 quid (o) *AB* nullū *corr* nullā *A*

dinem esse in genere; quae si esset, non una omnis definitio contineret; etenim ratio, qua una praestamus beluis, per quam coniectura ualemus, argumentamur, refellimus, disserimus, conficimus aliquid, concludimus, certe est communis, doctrina differens, discendi quidem facultate par. nam et sensibus eadem omnia comprehenduntur, et ea, quae mouent sensus, itidem mouent omnium, quaeque in animis inprimuntur, de quibus ante dixi, inchoatae intellegentiae, similiter in omnibus inprimuntur, interpresque mentis oratio uerbis discrepat, sententiis congruens; nec est quisquam gentis
ullius, qui ducem nactus ad uirtutem peruenire non 11
possit. nec solum in rectis, sed etiam in prauitatibus 31
insignis est humani generis similitudo. nam et uoluptate capiuntur omnes, quae etsi est inlecebra turpitudinis, tamen habet quiddam simile naturalis boni; leuitate est enim et suauitate delectans: sic ab errore

---

1 ıningenere *B* **ıngenere *A* que *B* ẽe *corr* ẽ& *B* 2 contınere *corr* ret *B* preſtamuſ *A B* 3 beluıſ (uı *corr*) *B* conıectıura (*uel* conıactura) *A* 4 refellımur *corr* muſ *A* refellım̃ *sed corr* m̃ *h. e.* muſ *B* dıfferrımuſ *A* 6 partam *mutatum in* par · nam *A* 7 ſenſuſ · ıtı|ıdem *sed* tı *in rasura corr ex* b *ut uidetur B* ıtıdem (ıtı *in rasura*) *A* 9 Inchoate *corr* tę *A* ınchote *corr* ınchotę *B* 10 ınterpreſ**que menteſ *sed* tıſ *corr A* ımpreſſeq; menteſ *corr* ınt̃preſ**q; mentıſ *B* dıſcrepat *Heinsianus* d[ıſ]ecrepant (t *mutatum in* ſ) *A* decrepan[ſ]ṭ *B* 11 genteſ *corr* gentıſ *A B* 12 naturam *ante* nactus, *quod est in deterioribus et in margine Heinsiani, quodque Turnebus addi iusserat, qui adiiciunt, corrumpunt sententiam, quam idem Turnebus postea recte cepit: 'nactus praeceptorem, nactus doctorem; ratione enim et doctrina uirtus indiget, ut scribitur tertia Tusculana.'* 13 poſſıt *Heinsianus* poſſet *A B* 15 omnıſ *A B* q; *corr* q̃; *B* ın[le]cebra *A* ın[le]cebrat̃ pıtudınıſ *B* 16 quıd|dam (d *pr. a corr*) *B* natura [lıſ bonı]lıbronae *B* naturalıſ bonı *sed* alıſ bonı *in rasura A* naturalı bono *Heinsianus* 17 leuıtatıſ enım et ſuauıtatıſ eſt enım et ſuauıtate delectanſ *Heinsianus* leuıtatıſ [eſt] enım et ſuauıtatıſ ********************** delectanſ *A* leuıtatıſ

mentis tamquam salutare aliquid adsciscitur; similique inscitia mors fugitur quasi dissolutio naturae, uita expetitur, quia nos in quo nati sumus continet. dolor in maximis malis ducitur, cum sua asperitate, tum
32 quod naturae interitus uidetur sequi; propterque honestatis et gloriae similitudinem beati qui honorati sunt uidentur, miseri autem qui sunt inglorii. molestiae, laetitiae, cupiditates, timores similiter omnium mentes peruagantur, nec, si opiniones aliae sunt aput

---

eſt (*fuit* eſ) enım & ſuauıtatıſ | delectanſ *B* lenitate (laeuitate *Lambinus*) enim et suauitate delectans (delectat *R. Stephanus*), sic *Turnebus, Lambinus. Liturae rationem, quae est in A, aperit Heinsianus: nam etsi erasarum uocum uestigia nulla dignosci possunt, tamen quin mera repetitione* eſt enım et ſuauıtate (*uel* ſuauıtatıſ) *ibi scripta fuerint, mensura spatii dubitare non sinit in hac praesertim frequentia similium errorum in A* (*confer maxime II* 24, 61; *III* 7, 17); *neque de* eſt *dubitandum, quod casu prius omissum a scriptore cum repetita uocabula deleret suo loco supra uersum additum est. itaque non est quod supplementa lacunae anquirantur, neque nomen addi unde genetiui pendeant praestabilius est quam hos mutari in ablatiuorum formas. quod uero etiam de latinitate dubitarunt, et recte nec sine exemplo* uoluptas esse delectans *dicitur et cur ita maluerit Cicero quam* uoluptatem delectare *in aperto est:* leuitatis *autem quae esse ambiguitas potest eo loco, ubi simul de* asperitate doloris *dicitur, quem ad modum in explicanda ipsa Epicuri doctrina Tusc. V* 26, 73 neque quicquam ad nos pertinere nisi quod aut leue aut asperum in corpore sentiatur ab* *A*

1 menteſ *corr* tıſ *AB* ſalutare (re *corr*) *A* adſiſcıtur *B* 2 ınſcı*tıa (ſ *erasa*) *B* inscientia *Lambinus, et sic* error et inscientia *iunguntur de fin. I* 14, 46 3 natıſſumuſ *B* 4 dicıtur *A* cum] quom *B* tum *sed* t *e corr A* aſpe*rıtate *A* tum *sed* t *e corr A* 5 propterque *deteriores* propterquã (uã *in rasura corr*) *A* pptquae *sed mutatum in* quã *B* ho**neſtateſ (*fuit ut uidetur* homıneſtateſ) *A* honeſtateſ *corr* ıſ *B* 6 glorię (l *e corr*) *A* que *corr* quı *AB* honeſtı (ora *ma pr superscriptum* eſ *ma alt in litura add*) *B* 7 ınglorıa *A* ınglorıȷ *sed* ȷ *e corr B* inglorii iam molestiae *Dauisius* 8 letıtıae *A* cupıdıtatıſ *corr* teſ *AB* 9 nec *Heinsianus* ne *AB* (*sic*) alıe *A et pr B* aput *corr* apud *A* apud *B*

alios, idcirco qui canem et faelem ut deos colunt, non eadem superstitione qua ceterae gentes conflictantur. quae autem natio non comitatem, non benignitatem, non gratum animum et beneficii memorem diligit? quae superbos, quae maleficos, quae crudeles, quae ingratos non aspernatur, non odit? quibus ex rebus cum omne genus hominum sociatum inter se esse intellegatur, illud extremum est, quod recte uiuendi ratio meliores efficit. quae si adprobatis, pergam ad reliqua: sin quid requiritis, id explicemus prius.

ATTICVS. Nos uero nihil, ut pro utroque respondeam. 12

MARCVS. Sequitur igitur ad participandum alium 33
alio communicandumque inter omnes ius nos natura esse factos. atque hoc in omni hac disputatione sic intellegi uolo, quod dicam naturam * * esse, tantam

---

1 faelem *A* felem *B* 2 ſupſtione *A* (ti *superscr.*) cetera *corr* ræ *B* 3 quomitatem *B* (c *superscr.*) comitatem (ita *in rasura*) *A* benignitē *B* 4 beneficia *B* (i *superscr.*) beneficii *sed* i *ultimum e corr A* diliget *corr* git *AB* 5 que mal. que crud. que *sed ter* quę *corr B* quae maleficos *suasore Reifferscheidio delet Baiterus, non recte, si quidem hoc potissimum respondet* benignitati, *quae est ipso auctore Cicerone eadem cum* beneficentia: *neque nimis in alteram utram partem consulendum est concinnitati, quam ne sectatum quidem esse Ciceronem apparet* 7 ſotiatū *A* 9 meliores omnes *Reifferscheidius, quo non magis opus esse puto quam adiecto* homines; *sic enim scribit, quasi non* omne genus hominum *sed quod idem est* omnes homines *praecessisset* quaſi adpbanteſ *mutatum in* quae ſi appbatiſ *B* quę* ſi approbatiſ (ę *et* tiſ *corr in rasura; etiam* p *prius correctum uidetur*) *A* pergā* ad *praeter* g *in litura A* pergamus *Bakius* 11 ut *in rasura corr AB*

13 alium alio *A* alium ab alio *B* 14 cōmunicandumquae *B* inter *A* (ſe *superscr.*) ius nos *Dauisius* iuſtoſ *AB* 15 *fortasse* atqui ac *corr* hac *B* 16 *mancam esse orationem iudico, quae sic fere redintegrari uideatur* atqui hoc in omni hac disputatione sic intellegi uolo, quod dicam naturam ⟨,ingenitum quidem nobis natura⟩ esse, tantam autem esse corruptelam *etc.* ius quod dicam natura esse *ex Pearcii qui* ius *addidit et Turnebi* (*non*

autem esse corruptelam malae consuetudinis, ut ab ea tamquam igniculi extinguantur a natura dati exorianturque et confirmentur uitia contraria. quod si, quo modo est natura, sic iudicio homines humani, ut ait poëta, ut nihil a se alienum putarent, coleretur ius aeque ab omnibus. quibus enim ratio natura data est, isdem etiam recta ratio data est, ergo et lex, quae est recta ratio in iubendo et uetando; si lex, ius quoque: et omnibus ratio; ius igitur datum est omnibus. recteque Socrates exsecrari eum solebat, qui primus utilitatem a iure seiunxisset; id enim querebatur caput esse exitiorum omnium. unde enim illa Pythagorae iam

---

Lambini) coniectura uulgatur, qua, licet Maduigio de fin. III 21, 71 *probetur, non puto sententiae satisfieri* 1 male *A* male *corr* malę *B* cosuetudinis *B* 2 extingu·nt *B* 3 uicia *B* 4 hominis *corr* es *AB* 5 petua (peta* *corr*) ut *B* poeta ut (a *e corr*) *A* alienum (a *corr*) *A* coloretur *A* 6 aeaque *B* abominib; *A* 7 isdem *B* ergo etiam *Baiterus, sed confer de fin. III* 8, 27 si id, non etiam diligendum: ergo et probandum, *ubi idem Baiterus* ergo etiam; *de nat. deor. III* 5, 11 ergo et illud in silice, *quod idem in editione minore tacite mutauit in* etiam qui *corr* quę *B* 8 iuuendo *corr* iub *B* 9 rectequae *B* 11 a iure *Dauisius* naturę *A* naturae *B* seiuncxiss& *B* capud *B* *Negat Reifferscheidius haec de Socrate a Cicerone scripta esse, hoc maxime argumento usus, quod ille utilitatem non a iure sed ab honestate seiungi uetuerit: et scribitur sane de off. III* 3, 11 dubitandum non est, quin numquam possit utilitas cum honestate contendere; itaque accepimus Socratem exsecrari solitum eos, qui primum haec natura cohaerentia opinione distraxissent; *sed qui haec scripserit de fin. III* 21, 71 uerissime defenditur numquam aequitatem ab utilitate posse seiungi et quicquid aequum iustumque esset, id etiam honestum, uicissimque quicquid esset honestum, id iustum etiam atque aequum fore (*cf. de off. II* 3, 10), *quamquam in his sunt, quae non satis diligenter scripta uideantur* (*uide Maduigium*), *eundem tamen concedendum est etiam illa scribere potuisse: praeterea uide a Dauisio citata testimonia graeca* 12 unde enī *B* enim (Unde *pr superscriptum*) *A* Pythagorae iam ⟨trita⟩ uox *scripsi* pithagoreia* uox (ia *in loco*

trita uox de amicitia * * locus. ex quo perspicitur, 34 quom hanc beniuolentiam tam late longe*que* diffusam uir sapiens in aliquem pari uirtute praeditum contulerit, tum illud effici, quod quibusdam incredibile uideatur, sit autem necessarium, ut nihilo sepse plus quam alterum diligat: quid enim est quod differat, quom sint cuncta paria? quod si interesse quippiam tantulum modo potuerit in *amicitia*, amicitiae nomen

---

eraso trium litterarum capaci; fuit pιτhagorę ιa uox *ut uidetur*) *B* phyτagoræιa uox (æια u *corr in rasura*) *A*, *ut appareat idem in hoc prima manu scriptum fuisse quod fuit ante lituram in B* Pythagorea uox *editiones*. *Confer de orat. III* 6, 21 est etiam illa Platonis uera et tibi . . non inaudita uox, omnem doctrinam harum . . artium uno quodam societatis uinculo contineri 1 *ante* locus *defectus indicium feci ratus sententiam hoc fere modo conformatam fuisse:* unde enim illa Pythagorae iam ⟨trita⟩ uox de amicitia? ⟨nimirum huic communioni est in hominum societate, non solum in amicitia⟩ locus. ex quo perspicitur *cet. Pythagorae uocem* (*perperam enim etiam de u o c e dubitarunt, de quo usu confer praeter allatam modo Platonis uocem Tusc. I* 46, 111 Laconis illa uox: morere Diagoras) *puto additis illis* de amicitia *satis significari: quod graeca uerba omissa esse putauerunt, alienum est a Ciceronis more in hoc genere librorum graeca ponere, ut et res docet et ipse testatur Tusc. I* 8, 15 dicam, si potero, latine (Epicharmi sententiam): scis enim me graece loqui in latino sermone non plus solere quam in graeco latine. *de uniuersa forma orationis quam restitui confer de fin. II* 16, 52 cur iustitia laudatur? aut unde est hoc contritum uetustate prouerbium: quicum in tenebris? hoc dictum in una re latissime patet *cet. pro Flacco* 4, 10

2 quom *A* cū *B* hạⁿc *B* ạʰcⁿ *A* ιam *A* longe *B* longeq; *sed* q; *rec add A* dιfuſam (ᶠ) *A* 3 alιqu*em (*fuit* alιquam) *A* alιquā *mutatum in* alιquē *B* 4 ιlluτ *corr* ιllud *A* effιcι *Heinsianus* effιcιτ *AB* 5 sit *Ascensiana* ſιc *AB* ut nihilo *editiones* uτιnιllo *AB*, *sed in hoc* i *ante* l *eraso* (*sic*) *fuitne* uti nihilo (uti nihil *Dauisius*), *quem ad modum de fin. III* 4, 12 uti nulla *abiit in* ut in nullam *et ibid. III* 15, 49 uti ea *in* ut in ea sepse *Baiterus coll. de rep. III* 8, 12 ſeſe *A in rasura* ſeſe *sed altera* ſ *in rasura B* ſepe *Heinsianus* 7 quom *A* cū *B* 8 amicitia *addidi* ιnamιcιcιæ *A* ιnamιcιτιae *B* nomen iam *scripsi* nom̃τa *AB* iam amicitiae nomen *uel* amicitiae iam no-

iam occiderit, cuius est ea uis, ut, simul atque sibi aliquid alter maluerit, nulla sit. quae praemuniuntur omnia reliquo sermoni disputationique nostrae. quo facilius ius in natura esse positum intellegi possit; de quo quom perpauca dixero, tum ad ius ciuile ueniam, ex quo haec omnis est nata oratio.

13 35 Qvintvs. Tu uero iam perpauca scilicet; ex his enim, quae dixisti Attico uidetur mihi quidem certe ex natura ortum esse ius.

Atticvs. An mihi aliter uideri possit, cum haec iam perfecta sint, primum quasi muneribus deorum nos esse instructos et ornatos, secundo autem loco unam esse hominum inter ipsos uiuendi parem communemque rationem, deinde omnes inter se naturali quadam

---

men *editiones* 1 occederit *corr* occid *A* 2 alter *Heinsianus* alteram (i *sup.*) *B* alteri* (*fuisse* alterū *uidetur*) *A* ⟨alter quam⟩ alteri *conieci olim* quae *Victorius* quē (o *sup.*) *B* quo (o *corr*) *A* p̃muniuntur (*h. e.* ꝓ *corr in* p̃) *B* 4 intelligi *A* 5 quom *A* cum *B* ad**iuſ *A* (*uidetur* ad cuiuſ *fuisse*) 6 nata *in rasura A* 7 perpauca scilicet *editiones* ꝑpauca ſua | lic& *A* perpaucaſ ual&lic& *B* 8 que *corr* quę *B* attico (attice *corr*) uidere *A* (*sic*) attico (attice *corr*) uidere (tur *sup.*) *B* attico uidetur *Heinsianus* effici uidetur *Hauptius, quem in eo falli puto, quod negat recte dici* ex iis quae dixisti uidetur mihi (*h. e.* censeo, mihi persuadeo *ut Tusc. V* 5, 12 non mihi uidetur. ad beate uiuendum satis posse uirtutem) ius ex natura ortum esse; *confer ad Att. I* 5, 2 ex iis, quae ad me scripta sunt, confido ita esse omnia, ut oporteat; (*ad Brut. II* 4, 3 ex iis litteris, quas mihi misisti, Dolabella Asiam uexare uidetur). *praeterea* uidetur *accommodatius habeo quam* effici uidetur *ad id quod sequitur* an mihi aliter uideri possit. *itaque teneo* Attico *quod sic traditur, quodque etsi necessarium non fuit, tamen aptissime potuisse poni, concedendum est. conieceram* Attico ⟨nescio⟩, uidetur mihi quidem certe. *confer ad Att. VI* 2, 8 haec a me ordine facta puto me Bruto probaturum, tibi nescio, Catoni certe probabo. (*cf. Tusc. I* 25, 60) 9 ortū* (*fuit* ortuſ) *AB*

11 primū (pri *in rasura*) *A* 12 noſ *Heinsianus* nob̄ *A* no**ſ (*fuit* nobiſ) *B* 13 hunam (*sed* h *erasum*) *B* par*em (*fuit* partem) *A* communem (q; *sup.*) *B* cōmunē *A* 14 quidam (a *sup.*) *B* quadā

indulgentia et beniuolentia, tum etiam societate iuris contineri? quae quom uera esse recte, ut arbitror, concesserimus, qui iam licet nobis a natura leges et iura seiungere?

Marcus. Recte dicis, et res se sic habet. uerum 36
philosophorum more, non ueterum quidem illorum, sed eorum, qui quasi officinas instruxerunt sapientiae, quae fuse olim disputabantur ac libere, ea nunc articulatim distincta dicuntur; nec enim satis fieri censent huic loco, qui nunc est in manibus, nisi separatim hoc ipsum, natura esse ius, disputarint.

Atticus. Et scilicet tua libertas disserendi amissa est, aut tu is es, qui in disputando non tuum iudicium sequare, set auctoritati aliorum pareas.

Marcus. Non semper, Tite, sed iter huius ser- 37
monis quod sit uides; ad res publicas firmandas et ad stabiliendas urbes sanandos*que* populos omnis nostra pergit oratio. quocirca uereor committere, ut non bene prouisa et diligenter explorata principia ponantur.

---

corr. ex quidā *A* 1 & beniuolentia *A in margine manu antiqua* 2 continere *A* continere *corr* ri *B* que *corr* quę *B* quom *A* cū *B* 3 qui (·i· quom, *h. e.* quomodo) *B* legiſ *corr* eſ *AB* 7 oficinaſ *B* oficinaſ (ſ *superscr.*) *A* 8 fuſae *B* fuſ*e (*e corr*) *A* 9 detīcta (iſ n *superscr.*) *B* detecta *praeter* de *corr ex* di *in litura, qua etiam proximi uocabuli syllaba* di *continetur A* diſtincte *Heinsianus* desecta *Victorius, quod melius* dissecta *scribi Moserus adnotat, et ita Maduigius Opp. II* 137. *Cf. p.* 26, 10 decrepant *pro* discrepans 10 hic *AB* 11 natura esse *Turnebus* naturae ẽẽ *AB* 12 di amiſſa eſt *in rasura A* 13 tu is es *editiones* fuiſſe *AB Heinsianus* 14 ſequare ſed *Heinsianus* ſequar e& *mutatum in* ſequariſ e& (ſed *superscr.*) *B* ſequa-reſſet *corr* ſequa-riſ ſed *A* 15 non·titi *A* titi *B* tite *Heinsianus* 16 ſit uideſ *Heinsianus* ſitu Ideſt *A* ſi tu idē *B* 17 urbes *Turnebus* uireſ *AB* (*Confer pro Marcello* 9, 29 nisi haec urbs stabilita tuis consiliis et institutis erit. ſa*nandoſ *A* que *addidit Feldhuegelius* 19 ꝓuiſſa (ſ *priore erasa*) *B* exploratаſ (ſ *erasum*) *B* explorata* *A* ponatur *A*

nec tamen ut omnibus probentur, nam id fieri non potest, sed ut eis, qui omnia recta atque honesta per se expetenda duxerunt et aut nihil omnino in bonis numerandum, nisi quod per se ipsum laudabile esset, aut certe nullum habendum magnum bonum, nisi
38 quod uere laudari sua sponte posset: iis omnibus, siue in Academia uetere cum Speusippo, Xenocrate, Polemone manserunt, siue Aristotelem et Theophrastum, cum illis congruentis re, genere docendi paulum differentis, secuti sunt, siue, ut Zenoni uisum est, rebus non commutatis inmutauerunt uocabula, siue etiam Aristonis difficilem atque arduam, sed iam tamen fractam et conuictam sectam secuti sunt, ut uirtutibus exceptis atque uitiis cetera in summa aequalitate pone-
39 rent, iis omnibus haec, quae dixi, probentur. sibi autem indulgentis et corpori deseruientis atque omnia,

---

ponatuſ *corr* pona[N]tur *B* 2 eoſ *A* eo[ı]ſ *B* recta *in rasura A* 3 expetenda *Heinsianus* expectanda *B* ex[ſ]pectanda *A* 6 laudare *corr* rı *B* poſſet; Iſ *corr ex* poſſetıſ *A* poſſet*ıſ *corr ex* poſſe tıſ *B* poſſet ııſ *Heinsianus* ſıue ɪɴ achademıca (ſıue ın achad *in rasura*) *A* 7 academıca *B* cum ſpeuſıppo *Heinsianus* qu[c]o[v]m ıpſe uſıppo *B* quom *pſeu*|ſıppo *corr ex* quom ıpſeuſ|ıppo *A* 8 manſerunt *Heinsianus* manſur' *mutatum in* manſurı·ſ *B* manſu*rıſ** (rıſ *in rasura corr, fuit nisi fallor* manſuerunt) *A* arıſtotele *corr* lē *B* arıſtotılē *sed* totılē *in rasura A* theopha[r]ſtum *A* thepra[h]ſtū *B* 9 cum ıllı *Heinsianus* dum ıllı[o]ſ *A* dū ıllı[o]ſ *B* congruentıſ *A* congruentıſ *corr* teſ *B* re·genere *in rasura A* dıfferentıſ *A* dıfferentıſ *corr* teſ B 10 zenone *A* zenone *corr* nı *B* est] &[ſ] *B* ē* *A* (*fuit* et *in utroque*) 11 commutatıſ *Heinsianus* communı[c]tatıſ *B* cōmunıcatıſ *sed* cō *et* ıc *corr A* ımmutauer' *B* 12 dıffıcıle *corr* lē *B* 13 & conuıctā ſectam *in rasura A* uırtutı[bu]·ſ *B* uırtutıb. *corr ex* uırtutıſ *A* 14 uıcııſ *A* c&era *in rasura A* equalıtate *corr* ęq *B* 15 Iſ *A* ı[ı]ſ *B* hae *A* hae[c] *B* probentur *Turnebus* probantur *AB* 16 ındulgenteſ (tıſ *corr*) *A* (*sic*) ındulgentıſ *corr* teſ *B* deſeruıentıſ *corr* teſ *AB*

quae sequantur in uita quaeque fugiant, uoluptatibus et doloribus ponderantis, etiam si uera dicunt, nihil enim opus est hoc loco litibus, in hortulis suis iubeamus dicere, atque etiam ab omni societate rei publicae, quoius partem nec norunt ullam neque umquam nosse uoluerunt, paulisper facessant rogemus. perturbatricem autem harum omnium rerum Academiam, hanc ab Arcesila et Carneade recentem, exoremus ut sileat; nam si inuaserit in haec, quae satis scite nobis instructa et composita uidentur, nimias edet ruinas: quam quidem ego placare cupio, summouere non audeo. - - - nam et in iis sine illius suffimentis expiati 14 40
sumus: at uero scelerum in homines atque *in deos* inpietatum nulla expiatio est; itaque poenas luunt non tam iudiciis, quae quondam nusquam erant, hodie multifariam nulla sunt, ubi sunt, tamen persaepe falsa

---

2 ponderantif *corr* tef *AB* 4 omne *corr* omni *AB* fotietate *A* 5 quo[c]iuf *B* cuiuf (cu *in rasura corr*) *A* norum nullam *corr* norunt nullam *B* norunt*ullam *corr ex* norum nullam *A* 6 facessant *Heinsianus* facessat ut *AB* *Nonius* 307, 1 facessere significat recedere . . . . Cicero de legibus lib. I: paulisper facessant, rogemus 7 a[h]cademiā *A* 8 archefila *AB* 9 fileat *Heinsianus* fileant *AB* nā *in rasura A* ha qua *corr* hæ[c]quæ *B* hęc quę *corr ut uidetur ex* ha qua *A* scite *editiones* *cito (f *erasum*) *B* cito *sed* ci *in rasura A* fitę *Heinsianus* 10 uidentur *Heinsianus* uiderentur *AB* ·[ni]mi[a]fedet· ruinaf t *corr*, *fuit* edetruinaf *B* nimiafed& *in rasura A* miras edet *R. Stephanus* miseras edet *Dauisius* 11 plac[a]ere *A* placęre (ę *mutatum in* a) *B* c[v]opio *A* fummouere *B* *fūmouere (*fū *in rasura*) *A* 12 *ante* nam *plura intercidisse apertum est; in libris nullum defectus indicium* etmuffine *AB* (*sic*) et in iif fine *Heinsianus* illiuf *AB* ullius *Turnebus* ullis *Camerarius*, *possis etiam* illis, *sed in truncata oratione definiri nihil potest* 13 ad[T] *AB* in deos *addidit Reifferscheidius* 14 impietatum *editiones* indietatū *AB* *sed in A* etatū *in rasura* 15 i[v]diciif *A* condā *corr* q[v]ondā *AB* 16 nulla* *A* ubi sunt *Ascensiana* ubi fit *AB sed post* t *in A litterae alicuius uestigium agnoscere uideor*, *fuitne* fint

sunt, *set* ut eos agitent insectenturque furiae, non ardentibus taedis, sicut in fabulis, sed angore conscientiae fraudisque cruciatu. quod si homines ab iniuria poena, non natura arcere deberet, quaenam sollicitudo uexaret impios sublato suppliciorum metu? quorum tamen nemo tam audax umquam fuit, quin aut abnueret a se commissum esse facinus aut iusti sui doloris causam aliquam fingeret defensionemque facinoris a naturae iure aliquo quaereret: quae si appellare audent impii, quo tandem studio colentur a bonis? quod si poena, si metus supplici, non ipsa turpitudo deterret ab iniuriosa facinerosaque uita, nemo est iniustus, aut incauti
41 potius habendi sunt inprobi. tum autem qui non ipso

---

uel ſint? tamen] autem *Halmius* 1 quam ut *Ascensiana* sed ut *unus deteriorum*, *Rathius* ut *AB* eoſ agiteNT *B* eoſagitent (ſa *in rasura*) *A* eoſ agitant *Heinsianus* insectenturque *deteriores* inſectantur que (*fuit* que) *A* inſectantq; *B sed* a *uidetur corr in* e 2 sicut in fabulis est *Halmius, quo nihil opus est. Aeschin. in Tim.* 77 μηδὲ τοὺς ἠσεβηκότας, καθάπερ ἐν ταῖς τραγῳδίαις, Ποινὰς ἐλαύνειν καὶ κολάζειν δᾳσὶν ἡμμέναις ago|re conſciencıae (cı *ante* ae *in rasura; uidetur* ſcı *fuisse*) *B* angorecſcıentię (recſcıentię *in rasura corr*) *A* 4 arcere* *AB* (*fuit* arceret) 5 ſublatoſ *B* ſublato* *A* ſubplıciorum *corr* ſup *A* metu (tu *corr*) *A* 6 ne mo *AB* abnueret *deteriores* ab nu ritaſe -commiſſum (e *post* ſ *corr*, *fuit* nuritaſ ecommiſſum) *B* abnuritſe commiſſum *A* 7 fatinuſ (t *corr in* c) *A* aut (a *e corr*) *A* 8 fingere *B* fingere *corr* ret *A* a naturae iure *deteriores, Turnebus* a natura iure (a ı *in rasura*) *A* a natura iura *B sed* iure *ut uidetur corr* 9 querer& *mutatum in* querere *B* apellar& *sed* & *per rasuram mutatum in* e *A* appellar& *corr* re *B* 10 tamdem *corr* tan*dem *A* quolentur *B* poena- *A* ſı pena *B* 11 ſubplıci *corr* ſupplıcıı *A* ſupplici *corr* ſupplıcıı *B* 12 facinorosaque uita *editiones* facınerofa - q. - Ita *A* facınerofa qui ita (*corr* que ita) *B* aut *AB* atque *Ernestus, quod Maduigio Emend. p.* 11 *probatur, sed illud praestat: hoc enim dicit, neminem esse iniustum aut, quod uerius est, iniustos siue improbos esse non sic sed incautos potius appellandos* 13 totiuſ

honesto mouemur ut boni uiri simus, sed utilitate aliqua atque fructu, callidi sumus, non boni: nam quid faciet is homo in tenebris, qui nihil timet nisi testem et iudicem? quid in deserto quo loco nactus, quem multo auro spoliare possit, inbecillum atque solum? noster quidem hic natura iustus uir ac bonus etiam conloquetur, iuuabit, in uiam deducet; is uero, qui nihil alterius causa facit et metitur suis commodis omnia, uidetis, credo, quid sit acturus: quod si negabit se illi uitam erepturum et aurum ablaturum, numquam ob eam causam negabit, quod id natura turpe iudicet, sed quod metuat ne emanet, id est, ne malum habeat. o rem dignam, in qua non modo docti, sed etiam agrestes erubescant. iam uero illud stultissimum, 15 42

---

corr potiuſ *B* ımpbı *B* 1 [h]onefto *A* uırı∗ *A* 2 a[τ]dque *A* callıdı∗[v]ſımuſ *AB* (*fuit* callıdıſſımuſ) 3 facıetıſ *corr* facıet Iſ *uel* facıet·ıſ *AB* 4 quo∗ *A* (*una littera erasa*) 5 multo∗auro *A* ſpolıare *in rasura A* a[τ]dq; *A* 7 conloquentur *AB* ıuuauıt *corr* bıt *AB* uıam (am *corr in rasura*) *B* uıā *praeter* u *in rasura A* deducet·Iſ (et *corr ex* ıt; Iſ *in rasura*) *A* deducıtıſ *corr* deducet·ıſ *B* 8 alıter ıuſ *corr* al∗terıuſ *A* alıt̃ ıuſ *corr* al∗terıuſ *B* facit et metitur *Victorius* [cı&]facτı &mentı& (*sic*) *B* facıt&mentı&ur *sed* ıt *in litura*. & *ante* m *per rasuram mutatum in* e *A* facıet emetıetur *Heinsianus* faciet, metietur *deteriores, R. Stephanus, probatum Maduigio Emend.* p. 12; *et asyndeton quidem ualde placet, sed futurum ferri non posse puto, confer u.* 3 qui nihil timet 9 crede[o] *B* negauıt *corr* bıt *AB* 10 ılle *corr* ıllı *AB* ablaturum *Heinsianus* oblaturum *AB* 11 negauıt *corr* bıt *AB* ıd natura *Heinsianus* ınnatura *AB* 12 m&uac *corr* at *A* m&u ac *corr* m&uat∗∗ *B* metuet *Wesenbergius ad Tusc. IV* 12, 28 ıdē *B* ıd∻ *A* habeat∗orē (at *e corr*) *B* habeat O rē (O rē *in rasura corr*) *A* 13 ductı [ſed]&ıā (*corr* doctı) *AB* 14 a[g]creſteſteſ | erubeſcant ıam *B* agreſteſ erubeſcaNT; Iā *praeter* ā *extremum in loco raso, qui paulo plures litteras capere poterat A* agreſſı teſteſ erubeſcandam *Heinsianus, ex quo planum fit opinor, quid in A ante rasuram scriptum fuerit nec dubitandum (cum Halmio) de ueritate scripturae*

existimare omnia iusta esse, quae sita sint in populorum institutis aut legibus. etiamne, si quae leges sint tyrannorum? si triginta illi Athenis leges inponere uoluissent aut si omnes Athenienses delectarentur tyrannicis legibus, num idcirco eae leges iustae haberentur? nihilo, credo, magis illa, quam interrex noster tulit, ut dictator quem uellet ciuium *indemnatum* aut indicta causa inpune posset occidere: est enim unum ius, quo deuincta est hominum societas et quod lex constituit una; quae lex est recta ratio imperandi atque prohibendi: quam qui ignorat, is est iniustus, siue est illa scripta uspiam siue nusquam. quod si

---

1 ſιτa *AB* sancita *Ernestus, sed illud tam recte dici uidetur quam de orat. I* 15, 65 si quae ceteris in artibus aut studiis sita sunt. orator ignoret tantumque ea teneat, quae sint in disceptationibus atque in usu forensi 2 &ιãnιſι *corr* neſι *B* &ιã (nιſι *corr in* neſι) *A* quι legιſſιNT *corr* quẹ legeſſιNT *B* quẹ legιſſenτ *corr* legeſſınτ *A* 3 sunt *R. Stephanus* τyrranno *A* τιranorũ *B* ıllaτhenıſ *AB, nisi quod in A* a *corr ex* u legıſ *corr* eſ *AB* ımponere *A* 4 aut si] etsi *A. W. Zumptius* aτhenıenſıſ *corr* eſ *AB* τyrrannıcıſ *A* τιrannıcıſ *B* 5 legıſ *corr* eſ *AB* ıuſτa *corr* ıuſτae *AB* habererenτur *B* habere|renτur *A* 7 auτ ındıcτa cauſa *Heinsianus* auτ ındıcτa cauſa (*corr* *uındıcτæ cauſa *B* **vındıcτa cauſa (v *e corr*) *A* *Vt* aut *constaret* indemnatum *addidi coll. Catonis Orat. VIII fr.* 1 (*p.* 40 *Iord.*) decem hominibus uitam eripis indicta causa, iniudicatis, incondemnatis. *certe* indicta causa, *quod glossa esse ad* inpune *omnino non potuit, cum insigni detrimento sententiae tollitur a nouissimis editoribus: frequens est in simili genere Graecis* ἀκρίτους ἀποκτεῖναι (*uelut Isocr. Panathen.* 181), *uel* πρὸ δίκης θανατῶσαι (*Plut. Fab. Max.* 9, 2); *confer* ἀκρίτους ἀπέκτειναν πρὶν καὶ τὰς αἰτίας ἀκοῦσαι (*Aeschin. in Ctesiph.* 79). *atque* indicta causa *quod minus est ideoque in hac causa maius, possis enim etiam indicta causa condemnari* (*pro C. Rabirio* 4, 12), *commode uoci* indemnatum *per* aut *particulam adiungitur in similem fere sententiam illi de domo sua* 10, 26 non modo indemnati sed ne accusati quidem 8 poſſıτ *corr* eτ *AB* 9 quo* *A* qvo (vo *in rasura corr*) *B fuit* quod *uel* qđ 10 quae lex q; *sed* q; *erasum B* eſſ& *in rasura A* unaq; lex quae eſτ recta *Heinsianus* 11 ıgnoraτıſ

iustitia est obtemperatio scriptis legibus institutisque populorum et si, ut eidem dicunt, utilitate omnia metienda sunt, negleget leges easque perrumpet, si poterit, is, qui sibi eam rem fructuosam putabit fore; ita fit ut nulla sit omnino iustitia, si neque natura est, ea*que*, quae propter utilitatem constituitur, utilitate illa conuellitur. atque si natura confirmatura ius non erit, 43
tollentur * *: ubi enim liberalitas, ubi patriae caritas, ubi pietas, ubi aut bene merendi de altero aut referendae gratiae uoluntas poterit existere? nam haec na-

---

corr ıgnoratJſ *AB* 1 ıuſтıcıa *B* obтemperaṇтıo* (*fuit* anтıa) *A* 2 meṇтıenda *AB* 3 necleger *corr* neg *AB* perump& *B* poтerıтıſ *corr* poтerıтJſ *AB* 4 puтabıт *Heinsianus* puтauıт *AB* 5 ıuſтıcıa *B* ſıneq; (ue) *B* ſıneque (*sic*) *A* 6 eaque quae *deteriores pauci, Goerenzius* eaquę *A* aeaquae *B* eaque *Heinsianus* et ea quae *R. Stephanus* uтılıтılıтaтem *B* ılla *AB* alia *R. Stephanus, probatum Maduigio Emend. p.* 14, *sed* illa *haud scio an ita possit uindicari, ut nominatiuus accipiatur ad* iustitiae *nomen referendus; et notum quidem est etiam praemisso pronomine post relatiuam sententiam demonstratiuum inferri* (*cf. Maduigium de finibus V* 8, 22); *uerum confer etiam de diu. I* 51, 116 cum omni utilitate, quam di hominibus dederunt, ars aliqua coniuncta est, per quam illa utilitas percipi possit 7 comuellıт̃ *B* con-uelıтur (*fuit* com) *A: de qua forma dixit Vsenerus in commentatione de Pseudoli Plautinae scaena secunda p.* 15 aтqụe *mutatum in* aтquı *AB* confırmaтur aıuſ *mutatum in* confırmaтũṛ ạıuſ *B* confırmaтũ * * ıuſ *A* (ũ *corr ex* u; *fuit* confırmaтura) 8 tollentur *deteriores* тollanтur *AB* uirtutes omnes *ante* tollentur *additur in deterioribus nonnullis*; *et uirtutum significatio necessaria est, sed forsitan paulo plura post* tollentur *interciderint ea forma, quae etiam causam omissorum uerborum aperiat uelut hoc exemplo* tollentur ⟨uirtutes omnes, quae in hominum societate cernuntur⟩: *quibus apte deinceps subiiciuntur p.* 39, 2 neque solum in homines obsequia sed etiam in deos caerimoniae religionesque tollentur. *Confer de officiis III* 33, 118 iustitia uacillat uel iacet potius omnesque eae uirtutes, quae in communitate cernuntur et in societate generis humani lıberalı(тaſ)·ubı *AB* 9 referendae *deteriores* pręferendę *sed* f *corr ut uidetur ex* т *A* p̄ferendę *B* 10 exſтere (ı) *B*

scun r ex eo, quia natura propensi sumus ad diligendos homines, quod fundamentum iuris est. neque solum in homines obsequia, sed etiam in deos caerimoniae religionesque tollentur, quas *non* metu, set ea coniunctione, quae est homini cum deo, conseruandas
16 puto. quod si populorum iussis, si principum decretis, si sententiis iudicum iura constituerentur, ius esset latrocinari, ius adulterare, ius testamenta falsa supponere, si haec suffragiis aut scitis multitudinis proba-
44 rentur. quae si tanta potestas est stultorum sententiis atque iussis, ut quorum suffragiis rerum natura uertatur, cur non sanciunt ut, quae mala perniciosaque sunt, habeantur pro bonis et salutaribus? aut quor ius ex iniuria lex facere possit, bonum eadem facere non possit ex malo? atqui nos legem bonam a mala nulla alia nisi naturae norma diuidere possumus; nec solum ius et iniuria natura diiudicatur, sed omnino

---

1 quia natura *deteriores*, *Dauisius* quı naτura *A* quı[od]naτura *B* quı (*corr* quod) anaτura *Heinsianus* propenſı ſumuſ (nſı ſumuſ *corr in rasura*) *A* 3 obſequ[i]a *B* cerımonıę *A* 4 tollentur *Lambinus* τolluntur *AB* non *Heinsianus, om AB* meτu ſed *Heinsianus* meτu[ſ] & *B* m&u ∗ & (*fuit* m&uſ&) *A* 5 ın homını *A* cum deo *Heinsianus* qu[cum]o[ıſ]deo *A* q[cudeıſ]deoſ *B* 7 ſenτencıſ (c *mutatum in* τ) *B* 8 laτrocınarı[ı]uſ *B* laτrocına[re]∗ıus (re *corr in* rı) *A fuit* laτrocınarıuſ *ut in B* ſubpo[ne]re *A* ſuppo[ne]re *B* 10 quod ſı *Heinsianus* ſenτencıſ *B* 11 ad[τ]q; *B* uτ qu[e]orum *AB*; *tenui primitiuam scripturam* (*uulgatur correcta*) *referoque hanc relatiuam sententiam ad apodosin* ſuffragııſ (*priore* f *in rasura corr*) *A* 12 ſanτıunτ *corr ex* ſanc *A* que mala *A* pernıcıoſa que (*fuit* quę) *AB*

13 auτ qu[c]om *B* auτem qu[cum]om *A* auτ cum *Heinsianus* aut cur *Bakius* aut cur cum *ex deterioribus editiones* 14 poſ[ſıτ] *A*

16 nulla alıa *A* nulla alıam *B* naturae norma *Heinsianus* naτura[lı]∗ norma *A* (*uidetur* naτuraınormā *fuisse*); naτuralınorma (l *rec add*, *fuit* naτurāınormā) *B* peſſımıſ *AB* (*sic*) poſſumuſ *corr B* poſſumıſ (*sic*) *corr A* 17 ius et iniuria natura *R. Stephanus* ıuſ & ıura naτura *sed* & ıur *erasum B* ıuſ ∗ ∗ ∗ ∗ a naτura *A*

omnia honesta et turpia. nam et *ut* communis intellegentia nobis notas res efficit, easque in animis nostris inchoauit, honesta in uirtute ponuntur, in uitiis turpia. ea autem in opinione existimare, non in natura posita 45 dementis est; nam nec arboris nec equi uirtus quae dicitur, in quo abutimur nomine, in opinione sita est, sed in natura: quod si ita est, honesta quoque et turpia natura diiudicanda sunt. nam si opinione uniuersa uirtus, eadem eius etiam partes probarentur: quis igitur prudentem et, ut ita dicam, catum non ex ipsius habitu, sed ex aliqua re externa iudicet? est enim uirtus perfecta ratio, quod certe in natura est: igitur omnis honestas eodem modo. nam ut uera et 17 falsa, ut consequentia et contraria sua sponte, non aliena iudicantur, sic constans et perpetua ratio uitae, quae uirtus est, itemque inconstantia, quod est uitium, sua natura ** probauit, nos ingenia iuuenum non

---

ıuſ eт ıura naтura *Heinsianus* 1 & тurpıa *AB* ut *addidi feciqua sententiae formam similem illi de fin. II* 15, 48 ut enim consuetudo loquitur, id solum dicitur honestum, quod est populari fama gloriosum 2 eaſquae *A* 3 ınquoauıт (cho *suprascr.*) *AB* uıcıſ *AB* 4 ea auтem *Heinsianus* hec auтem *AB* (*sic*) oppınıone *AB* exſтımare *B* poſıтa *Heinsianus* poſſıт (ner *suprascr.*) ea *B* ponere *praeter* p *in rasura A* 5 arboreſ *corr* ıſ *AB* aequı *B* ⁊q; *A* q; *corr* ⁊q; *B* 6 oppınıonıſ (e *suprascr.*) ıтa ē *B* opınıone ſıтa eſт (ne ſı *in rasura*) *A* 7 quod si ita est *editiones* quıd ſıт eſт (ē) *AB* quod si est *R. Stephanus* & тurpıa *AB* 8 naтurę *A* dııudıcanda (nda *in rasura*) *A* oppınıone *B* 9 eadēeıuſ&ıā *in rasura A* eadem eī &ıā *B* parтeſ ꝓbarenт (eedē *suprascr.*) *B* 10 & ıтa (uт *suprascr.*) *AB* 14 ſponтe (тe *in rasura*) *A* 15 ſed (ſıc *suprascr.*) conſтanſ *B* ſıc conſтanſ (ſıc con *in rasura*) *A* ſed conſтanſ *Heinsianus* uıтae·q̄ (ue *suprascr.*) (*sic*) *B* uıтęquę *in rasura corr A* 16 ıтē quın (q· *suprascr.*) conſтanтıa *B* ıтemconſтanтıa *corr* ıтē Jnconſтanтıa *A* uıcıū (c *corr in* т) *A* 17 naтura ꝓbauıт noſ ıngenıa ıuuenum n̄ ıтē ad (т *suprascr.*) ın genıa naтura *B* naтu|ra probauıт noſ ıngenıa naтura (ıngenıa ıuuenū non ıтem Aт *suprascr.*) *A* *Defectum orationis primus agnouit Maduigius Opp. acad. II* 142 (*cf. Emend. p.* 19 *sq.*),

46 item? an ingenia natura, uirtutes et uitia, quae existunt ab ingeniis, aliter iudicabuntur? an ea non aliter, honesta et turpia non ad naturam referri necesse erit? quod laudabile bonum est, in se habeat quod laudetur necesse est; ipsum enim bonum non est opinionibus, sed natura. nam, ni ita esset, beati quoque opinione essent, quo quid dici potest stultius? qua re quom et bonum et malum natura iudicetur et ea sint principia naturae, certe honesta quoque et turpia simili ratione
47 iudicanda et ad naturam referenda sunt. sed perturbat nos opinionum uarietas hominumque dissensio, et quia non idem contingit in sensibus, hos natura certos putamus, illa, quae aliis sic, aliis secus nec isdem semper uno modo uidentur, ficta esse dicimus: quod est longe aliter. nam sensus nostros non parens, non nutrix, non magister, non poëta, non scena deprauat, non multitudinis consensus abducit: at uero animis

qui haec supplementa proposuit natura ⟨iudicabitur. an arboris aut eculei ingenium natura⟩ probabimus, ingenia iuuenum non item? an ingenia natura: *in summa rei uerissime, nisi quod de* probabimus *addubitare licebit, an non recte fecerit ex* probauıт noſ; *id quod esse puto* probabit nos, *ut est in deterioribus nonnullis, ad eaque reliqua oratio sic fere accommodabitur* natura ⟨iudicabitur. an agricola surculi ingenium natura⟩ probabit, nos ingenia iuuenum non item? an *cet.* 1 uırтuтe͜ſeduıcıa (τ *supra*) *B* uırтuтeſ* uıcıa (& *supra*) (eſ *in rasura et* c *corr in* τ) *A* que *corr* quę *B* 2 ad (b *supra*) *B* ıngenıſ (ı *supra*) *A* 3 quã honeſтa *sed* quã *initio uersus a corr add A* ·quɜm honeſтa *B* *eт *A* referı (r *supra*) *A* 4 bonum (ē *supra*) *A* 5 oppınıonıb; *B* 6 eſſent *A* oppınıone *B* 7 quı·dıcı (d *supra*) *B* quom *A* qm (cum *supra*) *B* 10 **ıudıcanda (*fuit* ınıud *uel* ıuıud) *B* dııudıcanda *sed* dı *e corr A*; *apparet* diiudicanda *non fuisse primitiuam scripturam, itaque* iudicanda *posui* naтura *corr* rã *B* referanda *A* 11 oppınıonũ *B* dıſ|ſıo *corr* dıſ|ſenſıo *A* 12 conтıngınт *corr* conтıngunт *B* 13 ılla͵q̃; *corr* ıllaq; *B* ıſdem (ı *supra*) *B* ıdem (ıſ *supra*) *A* 16 ſcena (h *supra*) *A* ſ·ena (ch *supra*) *B* ſcaena *Heinsianus* 17 adducıт· ad (τ *supra*) uero anmıſ *ras et corr mutata in* abducıт* a* uero; anımıſ *A* abducıт* ad uero ⁊anmıſ (ı *supra*) *B*;

omnes tenduntur insidiae uel ab iis, quos modo enumeraui, qui teneros et rudes quom acceperunt, inficiunt et flectunt, ut uolunt, uel ab ea, quae penitus in omni sensu inplicata insidet, imitatrix boni, uoluptas, malorum autem mater omnium; quoius blanditiis corrupti, quae natura bona sunt, quia dulcedine hac et scabie carent, non cernunt satis.

Sequitur, ut conclusa mihi iam haec sit omnis 18 18
oratio, id quod ante oculos ex iis est, quae dicta sunt, et ius et omne honestum sua sponte esse expetendum; etenim omnes uiri boni ipsam aequitatem et ius ipsum amant, nec est uiri boni errare et diligere quod per se non sit diligendum: per se igitur ius est expetendum et colendum; quod si ius, etiam iustitia; sin ea, reli-

---

tenui cum Ascensiana et R. Stephano primitiuam scripturam quae Halmium fefellit, uulgatur inde a Victorio correcta, sed malim utraque coniuncta abducit a uero: at uero animis 1 ınſıdıe *corr* ẹ *B* uel * abıſ (l *eras*) *AB* enumeraui qui *deteriores*, *editiones* enumerouıdequı (o *ambiguum*) *A* enumero· uɴdạe quı (ɴ *ex* ı *corr*) *B* 2 quọm (c) *B* quom (cum) **** *A* q̃m *Heinsianus* inficiunt et flectunt *editiones* ınfıcıunт efflectunт *AB* 3 uolunт (uт) *A* qua (e) *A* pọenıт' *B* 4 ımplıcaтa *B* ınſedeт *corr* ſı *A* 5 quọıuſ (c) *B* quoıuſ (ıuſ *in rasura*) *A* plandıcıſ (b) (c *corr in* т) *B* corruptı (ı *corr in* a) *B* corrupтa *A* *sed uidetur in hoc quoque* a *corr ex* ı 6 que *corr* quẹ *A* haec ſcabıae carenт non cernunтur *corr in* hac* (&) ſcabıae· carenт*** (non) cernunтur *A* haec & ſabıe carenт n̄ cernunт *corr in* hac & ſabıe ɴ̄ carenт - cernunт *B* cernunt *Dauisius* *De* dulcedine *dixit Hauptius in Analectorum c.* 1 *et c.* 100 (*Hermae I p.* 22; *III p.* 345) 9 ex ıſ *A* exıſ (ı) *B* 10 & ıuſ & (ıuſ *in rasura*) *B* eт*juſ (&) *A* (j *e corr*) experтendum (r *erasa*) *B* expe*тendum *A* 11 omnıſ *corr* neſ *AB* equıтaтē *B* 12 errore *corr* errare *AB* 14 ſıuſ *B* ıuſ (ſı) *A* ıuſтıcıa *AB* si ea *Turnebus* sin ea *Dauisius* ſıт ın ea *corr* ſıc ın ea *B* ſıc ın ea *sed* ſıc *in rasura A*: *corruptelae ratio eadem qua p.* 6, 17 *pro* quı *scriptum est* queuı *Confer de nat. deor. III* 20, 52 si est Ceres a gerendo . . terra ipsa dea est . . sin terra, mare etiam. *De diu. II* 7, 18 si enim scit, certe illud eueniet, sin certe eueniet,

quae quoque uirtutes per se colendae sunt. quid? liberalitas gratuitane est an mercennaria? si sine praemio benignus est, gratuita; si cum mercede, conducta. nec est dubium quin is, qui liberalis benignusue dicitur, officium, non fructum sequatur; ergo item iustitia nihil expetit praemii, nihil pretii: per se igitur expetitur. eademque omnium uirtutum causa atque sen-
49 tentia est. atque etiam si emolumentis, non suapte *ui* uirtus expetitur, una erit uirtus, quae malitia rectissime dicetur; ut enim quisque maxume ad suum commodum refert quaecumque agit, ita minime est uir bonus, ut qui uirtutem praemio metiuntur, nullam uirtutem nisi malitiam putent: ubi enim beneficus, si nemo alterius causa benigne facit? ubi gratus, si non

---

nulla fortuna est 1 colenda (a *corr ex* e *ut uidetur*) *B* *Lactantius Inst. diu. VI* 11, 14 Ipse pluribus locis clamas, mercenariam non esse uirtutem: faterisque in libris legum tuarum liberalitatem gratuitam esse his uerbis: n e c e s t d u b i u m q u i n i s, q u i l i b e r a l i s b e n i g n u s q u e d i c i t u r, o f f i c i u m n o n f r u c t u m s e q u a t u r. *Cf. etiam proxima apud Lactantium* 3 benignus est *scilicet* is qui benignus est, *ut nec* benigna *nec* si qui *nec* benigni sumus *ponendum sit: uide infra p.* 44 *u.* 11 infamiaene metu non esse petulantis quom *A* q̄ m̧ (cum) *B* 5 fructuū *corr* tū* *A* fructụū *B* item *deteriores* idem *AB* iuſticia *AB* 6 expetit *deteriores* exprimit *AB* p̄mil* (*uidetur* p̄mihi *fuisse*) *A* p̄cii *AB* 7 uirtututū *corr* uirtutū** *B* 7 *et* 8 adq; (t) *B* 8 emunumentiſ *corr* emonumentiſ (l) *B* *emō*lumentiſ (l *e corr*; *uidetur* aemonumentiſ *fuisse*) *A* ſuapte *A* ſuabte *corr* ſuapte *B* ui suapte *ed. Paris.* 1538 *quod rectius* suapte ui *scribi Moserus adnotat* 9 expetitur *deteriores* expenditur *AB* uirtuſq; *B* maliciaẹ *B* malicia (c *corr in* t) *A* 10 maxu (me) *A* maxu (me) (*uidetur* maxū *fuisse*) *B* 11 quo·modū (c m) *B* refer*t (a *erasa*) *A* a̧it (g) *B* mihi me *AB*, *unde nihil efficiendum* *Lactantius Inst. diu. VI* 12, 10 idem (Cicero) quippe ait, ut quisque maxime ad suum commodum referat, quaecunque agit, ita minime esse uirum bonum 12 atque (u, i) *A* me ciunt̄ (c *corr in* t) *B* 13 uirtutū *A* maliciā *B* 14 ubi — 44, 1 grati *in loco eraso A*

eum ipsum cernunt grati, quoi referunt gratiam? ubi illa sancta amicitia, si non ipse amicus per se amatur toto pectore, ut dicitur? qui etiam deserendus et abiciendus est desperatis emolumentis et fructibus: quo quid potest dici immanius? quod si amicitia per se colenda est, societas quoque hominum et aequalitas et iustitia per se expetenda: quod ni ita est, omnino iustitia nulla est; id enim iniustissimum ipsum est, 19
iustitiae mercedem quaerere. quid uero de modestia, 50
quid de temperantia, quid de continentia, quid de uerecundia, pudore pudicitiaque dicemus? infamiaene metu non esse petulantis an legum et iudiciorum? innocentes ergo et uerecundi sunt, ut bene audiant, et ut rumorem bonum colligant, erubescunt, pudet etiam loqui de pudicitia: at me istorum philosophorum pudet,

---

1 ipsum *deteriores* ipſı *AB* *Confer de fin. V* 11, 30 ad aliam rem quampiam referatur, non ad eum ipsum, qui sese diligat, *ubi simili errore* ipse *est in bonis libris* quoı (c supra) *B* quoı refer̄ gratıam *supra uersum posita manu altera sed antiqua A*
3 *Seruius in Verg. Aen. IX* 276: pectore toto. omni affectu. et est de prouerbio. Cicero de legibus: 'nisi toto pectore amatur, ut dicitur.' cum enim dicit 'ut dicitur' ostendit prouerbiale. *Confer Tusc. disp. II* 24, 58 toto pectore, ut dicitur, cogitare & *in rasura corr B* abıcıenduſ (cı *in rasura corr*) *B* 4 & (ſ supra) *B* & *rasura mutatum in* ẽ *A* emolu(v supra)mentıſ *AB* qđquı *corr in* q(o supra)*qu(d supra)ı *AB* 7 per se est *Lambinus* expetendast *Maduigius Opp. I* 184 *qui de codicum memoria fallitur* 8 ıuſtıcıa *A* ınıuſtıſſımı (v̄ supra) *B* ınıuſtıſſımū (ū *corr ex* ı *ut uidetur*) *A* 9 querere *corr* quę *B* modeſtıa *Heinsianus* moleſtıa *AB* 10 qui(d supra)de *B bis, A ter* 11 pudıtıtıaq; *A* pudıtıaq; *B* |*** dıcemuſ *A* (*puto* que *erasum esse*) ınfamıene *corr* ęne *B* 12 ẽ *corr in* ẽe *A* p&ulantıſ *corr* eſ *A* putalantıſ *corr* petalanteſ (*sic*) *B* ıudıtıorum (τ *corr in* c) *B*
13 uerecundı*ſunt (ſ *erasum*) *B* 14 utru* morem (m *erasum*) *B* erubeſunt *A* pudı &ıam *corr in* pud& &ıam *AB*
15 pudıtıtıa *A* at *A. W. Zumptius* ac *AB* me ıſtorum *Heinsianus* myſtorum *AB sed in A uidetur* y *corr ex* ı

qui *neminem* ullum iudicium multare nisi uitio ipso
51 notatum putant. quid enim? possumus eos, qui a stupro arcentur infamiae metu, pudicos dicere, quom ipsa infamia propter rei turpitudinem consequatur? nam quid aut laudari rite aut uituperari potest, si ab eius natura recesseris, quod aut laudandum aut uituperandum putes? an corporis prauitates, si erunt perinsignes, habebunt aliquid offensionis, animi deformitas non habebit, cuius turpitudo ex ipsis uitiis facillime percipi potest. quid enim foedius auaritia, quid inmanius libidine, quid contemptius timiditate, quid abiectius tarditate et stultitia dici potest? quid ergo? eos, qui singulis uitiis excellunt aut etiam pluribus, propter damna aut detrimenta aut cruciatus aliquos miseros esse dicimus an propter uim turpitudinemque uitiorum? quod item ad contrariam laudem in uirtutem dici pot-
52 est. postremo, si propter alias res uirtus expetitur, melius esse aliquid quam uirtutem necesse est: pecu-

1 quı *corr in* que *AB* neminem *addidi* ıllum *B* ıudıtıum *A* multare *scripsi* uıtare *AB* uıcıo *A* 2 notatum *Heinsianus* nutatum *corr* mut *B* mutatū *A* quı ſtupro *B* quı* ſtupro (a *erasum*) *A* 3 arcentur *Heinsianus* arg̀entur *AB* ınfamıae (a *priore corr*) *A* pıdıcoſ (v *supra*) *A* quom (c *supra*) *B* cum *A* 4 turpitudinem *deteriores* fortıtudınē *AB* formıdınem *Heinsianus* 5 ab eius natura *deteriores* ab eo natura receſſerıſ *AB* (receſſerıt *correctum in utroque*; *de B errauit Halmius. habet enim is quoque* natura 6 qđ ad *B* qđ aut *in rasura A* laudā dū *corr in* laudāndū *B* uıtuperandū (dū *in rasura*) *A* 8 offenſıoneſ *corr* ıſ *AB* formıtaſ (de *supra*) *AB* 9 turpetudo *ut uidetur A* ıpſıſ *AB Halmius errauit* uıcııſ *B* 10 auarıcıa *B* 11 conceptıuſ *corr in* conte(m)ptıuſ *B* temıdıtate *corr* tım *A* 13 ſıgulıſ *A* 14 dampna (p *e corr*) *A* detrementa *corr* trı *A* crıcıatıbuſ (v *supra*) *B* aquoſ (lı *supra*) *B* aquo (lı, ſ *supra*) *A* 16 quod (d *e corr*) *B* contrarıū *A* contrarıā *corr ex* ū *B* laudē* *A* uırtute* *A* uırtutē *B* (*fuit* uırtutem) poteſt poſtremo *Heinsianus* po|teſt remo (Nam *supra*) *B* poteſt nā *in rasura A*; *apparet qua ratione*

niamne igitur an honores an formam an ualitudinem? quae et, quom adsunt, perparua sunt, et, quam diu adfutura sint, certum sciri nullo modo potest; an, id quod turpissimum dictu est, uoluptatem? at in ea quidem spernenda et repudianda uirtus uel maxime cernitur.

Sed uidetisne quanta series rerum sententiarumque sit atque ut ex alio alia nectantur? quin labebar longius, nisi me retinuissem.

QVINTVS. Quo tandem? lubenter enim, frater, quod 20 istam orationem, tecum prolaberer.

MARCVS. Ad finem [tecum] bonorum, quo referuntur et quoius apiscendi causa sunt facienda omnia, controuersam rem et plenam dissensionis inter doctissimos, sed aliquando iam iudicandam.

ATTICVS. Qui istuc fieri potest L. Gellio mortuo? 53

---

poſtremo *curtatum sit* 1 ualıtudıne̅* *A* 2 quom *Heinsianus* cōm *B* cum *A* ſınt (v) *AB* quodıu *corr* quādıu *A* 3 adfutura ſ̄ (*i. e.* ſunt) *AB* sint *deteriores* certum *B* certe (v) *A* *cf. ad fam. IX* 9, 1 certum scio iam conualuisse eam 4 dıctō *AB* ad (t) *AB* 5 repudıenda (a) *A* 7 ſeduıdeturne (ıſ) *B* ***uıdetı*ſ*ne (ſ *corr*) *A*, *apertum est eandem hunc ab initio scripturam tenuisse quae in B agnoscitur* ſerıaſ (e) *B* ſententıarūq ſıt·atq; (t·at *in rasura*, *uidetur* ſı ıtaq; *fuisse*) *B* ſententıaꝛq· ſıt atq. (q·ſıt atq· *in rasura*) *A*, *in cuius margine ad hunc uersum manu antiqua scriptum est* ıtaq. 8 alıo *corr in* alıſ *B* labebar *corr ex* lauabar *ut uidetur B* 10 lıbenter *A* quodıſta (cum) · oratıone (*fuit* quodıſtam oratıonē) *AB* 11 prolaberer *editiones* ꝓlaber *in rasura A* ꝓlaber (o) *B* 12 ad finē tecū *B* ad fınem **** *A*, *a* finem *propter eundem exitum ad* orationem *aberrauit librarius* 13 et quoius apiscendi causa *R. Stephanus* & quomınuſ (cuıuſ) aſcındı cauſa (*sic*) *B* et quo‥ıuſ‥‥‥ cauſa *A* 14 controuerſam *Heinsianus* controuerſıā (ru) *A* plenā e *in rasura; fuitne* ae?) *A* dıſſenſıoneſ *corr* nıſ *A* controuerſıam (ru) rem & plenam dıſſenſıoneſ (ı) *B* 15 ıam (ı) *B* 16 quı· *A* *gellı (L.) *B* L*gelli *A* agellıo *Heinsianus* mortuo (ort *in

Marcvs. Quid tandem id ad rem?

Atticvs. Quoniam Athenis audire ex Phaedro meo memini Gellium, familiarem tuum, quom pro consule ex praetura in Graeciam uenisset *esset*que Athenis, philosophos, qui tum erant, in locum unum conuocasse ipsisque magno opere auctorem fuisse, ut aliquando controuersiarum aliquem facerent modum: quod si essent eo animo, ut nollent aetatem in litibus conterere, posse rem conuenire, et simul operam suam illis esse pollicitum, si posset inter eos aliquid conuenire.

Marcvs. Ioculare istuc quidem, Pomponi, et a multis saepe derisum: sed ego plane uellem me arbitrum inter antiquam Academiam et Zenonem datum.

Atticvs. Quo tandem istuc modo?

Marcvs. Quia de re una solum dissident, de ceteris mirifice congruunt.

Atticvs. Ain tandem? unane est solum dissensio?

---

rasura) *A* 1 qui[d] *AB* id *superscriptum A* 2 quoniam *R. Stephanus* quam *AB* anthenıſ (e *corr ex* o) *A* phedro *B* phe|dro (he *in rasura*) *A* 3 quom *A* quom[c] *B* cunſule *corr* con *A* 4 pretura *B* grecıam *AB* uenisset essetque *scripsi* uenıſſet que[&] *A* uenıſſ&q; & (& *alterum a corr add*) *B* athenıſ (N *e corr*) *A* 5 phılofophıſ *corr* of *B* conuocaſſe ıp|ſe ıſq; *corr* ıp|ſe nſq; *B* cuocaſſe·ıpſe[t] ıſ que *praeter* que *in rasura A* ipsisque *deteriores* 6 magnopere *B* autorem[c] *A* *ut (a *erasum*) *A* 7 |alıquem (a *initio uersus a corr add*) *B* 8 co anımō *B* nolent[l] *AB* conter*ere *B* conterere (r *prius corr*) *A* 9 rē *in rasura A* conconuenıre *A* illı[f] *B* 10 aliquid *deteriores, editiones* alıquod *A* alıqd *B* 11 & *in rasura A* pō|penıae tam ultıſ *corr* pō|ponı**etam ultıſ *B* 12 ſepe *corr* ſępe *B* dırıſū *corr* de *A* uellem *in rasura A* uellem (lem *in rasura*) *B* arbrıtum *A* 13 academıam[h] *A* 15 qua[i] *A* una *B* una** *A* dıſſıden[t] *B* dıſſıdeN (N *e corr*) *A* 17 aın tandem ne unane eſt ſolum dıſſenſıo *Heinsianus* aınten dem neuna·ne[tantūne de r] eſ·ſolū[t] dıſſenſıo *B* Tantūne

Marcvs. Quae quidem ad rem pertineat, una: quippe quom antiqui omne, quod secundum naturam esset, quo iuuaremur in uita, bonum esse decreuerint, hic nisi quod honestum esset *nihil esse* putarit bonum. 54

Atticvs. Paruam uero controuersiam dicis, at non eam, quae dirimat omnia.

Marcvs. Probe quidem sentires, si re ac non uerbis dissiderent.

Atticvs. Ergo adsentiris Antiocho familiari meo, 21 magistro enim non audeo dicere, quocum uixi et qui me ex nostris paene conuellit hortulis deduxitque in Academiam perpauculis passibus.

Marcvs. Vir iste fuit ille *quidem* prudens et acutus et in suo genere perfectus mihique, ut scis, familiaris, quoi tamen ego adsentiar in omnibus necne mox uidero: hoc dico, controuersiam totam istam posse sedari.

---

una de re eſτ ſolū dıſ [ſenſio] *praeter* ſenſio *quippe superscriptum in rasura A, in quo ne hic quidem dubium est quid scriptum fuerit ante rasuram* 1 pertıneaτ *Heinsianus* pertıneaτur *A* ptıneaτ̃ *B* 2 quọm [c] *B* co [v̄] *A* omne *Bakius* (*coll. de fin. III* 11, 36 *et I* 11, 37) om̃ſ *AB* 3 ıuuaremur (ıu *in rasura*) *A* bonū – 4 putarıτ *in textu omissa eadem manu in inferiore margine posita B* bonum eſſ& *corr* eſſe *A* 4 nihil esse *addidi* nihil putarit *Turnebus idemque Lambinus* putarı [τ] *A* 5 paruam *Heinsianus* parum *AB* contrauerſiā *B* dıcıſ ſaτ non *AB* dıcıſ aτ noſ *Heinsianus* 6 que *B* dırımaτ *Heinsianus* derımaτ *B* derımaτ (rımaτ *in rasura*) *A* 7 sentires *unus Dresdensis* ſentıṣ [rent] *A* ſentı [rent] *B* re ac non | *in rasura A* 8 dẹſıderenτ [ıſ] *B* deſidereN̄· (de *corr in* dı, reN̄ *in rasura*) *A* 9 anſentırıſ (*corr* adſ) *A* aṇſentırıſ [ſ] *B* famılıare *corr* rı *B* 10 non | non audeo *B* quoquom [cum] *A* quoquọm [c] *B* quı me | ex nostrıſ (me *in fine uersus a corr add*, ex no *in rasura*) *A* 11 poene *A* pene *B* conuelleτ *corr* ıτ *AB* ortulıſ *B* [h]ortulıſ *A* 12 ·academıā *B* 13 fuıτ ılle *Heinsianus* futıle *AB* quıdem *deteriores, om AB* acutuſ *sed* utuſ *in rasura B* 15 quo [ı] *A* quọ [cui] *B* 16 poſſe·darı [.ſe] *B*

55 ATTICVS. Qui istuc tandem uides?

MARCVS. Quia, si, ut Chius Aristo dixit solum bonum esse quod honestum esset, malumque quod turpe, ceteras res omnis plane paris ac ne minimum quidem utrum adessent an abessent interesse, ualde a Xenocrate et Aristotele et ab illa Platonis familia discreparet essetque inter eos de re maxima et de omni uiuendi ratione dissensio: nunc uero, quom decus, quod antiqui summum bonum esse dixerant, hic solum bonum dicat, itemque dedecus illi summum malum, hic solum, diuitias, ualetudinem, pulchritudinem commodas res appellet, non bonas, paupertatem, debilitatem, dolorem incommodas, non malas, sentit idem quod Xenocrates, quod Aristoteles, loquitur alio modo. ex hac autem non rerum, sed uerborum discordia controuersia est nata de finibus; in qua, quoniam usus capionem duodecim tabulae intra quinque pedes esse noluerunt, depasci ueterem possessionem Academiae ab hoc acuto homine non sinemus, nec Mamilia lege singuli, sed e XII tres arbitri finis regemus.

---

1 qui istuc *deteriores* quin ıſτuc *A B* τandē∗ *A* 3 eſſeτ *Heinsianus* eſſe *A B* 4 omnıſ *corr* eſ *A* om̃ſ *B* parıſ *corr* pareſ *A B* ne mınımum *Heinsianus* ne nımıum *A B* 5 a∗xenocraτe (e *uel* c *erasum*) *A B*; *fuitne* exenocraτe *quem ad modum* exerſeſ *est II* 10, 26 6 ılla *Heinsianus* ıllo *A B* 7 e&̃ q. *B* e&̃ q. *in rasura A* et esset *Halmius* 8 quod (qđ) decuſ *A B* cum decuſ *Heinsianus* 10 quod illi *deteriores, Turnebus* 11 ualeτudını *corr* nē *B* p(u)lchrıτudınē *A* commoda(f)reſ *B* (*de A errat Halmius*) 13 ma∗laſ *A* (*fuit* mallaſ) 14 arıſτo(τe)leſ *A* alı(n)modo *A* 16 ē ɴaτa defınıbuſ *in rasura A* usus (*non* uſu) cap. *AB*; *confer Schoellium Legis XII Tab. rel. p.* 103 17 capıonem B capıone∗∗∗|duo decım *sed* duo *in initio uersus a corr add A* τabule *corr* ę *B* intra *R. Stephanus* ınτer (ınτ̃) *AB* 18 noluerunt *Alciatus, R. Stephanus* uoluerınτ *A* uoluer∗ınτ (*fuit* uoluerunτ) *B* 20 ſingulıſ ſed ex ıſ (hıſ *Heins.*) reſ *A B* singuli sed ex iis tres *Victorius* singuli sed e XII tres *Aemarus Ranconetus*

QVINTVS. Quamnam igitur sententiam dicimus? 56

MARCVS. Requiri placere terminos, quos Socrates pegerit, iisque parere.

QVINTVS. Praeclare, frater, iam nunc a te uerba usurpantur ciuilis iuris et legum, quo de genere expecto disputationem tuam; nam ista quidem magna diiudicatio est, ut ex te ipso saepe cognoui. sed certe ita res se habet, ut ex natura uiuere summum bonum sit, id est, uita modica et apta uirtute perfrui, aut naturam sequi et eius quasi lege uiuere, id est, nihil, quantum in ipso sit, praetermittere quo minus ea, quae natura postulet, consequatur, quod inter haec uelit uirtute tamquam lege uiuere. quapropter hoc diiudicari nescio an numquam, sed hoc sermone certe non potest, si quidem id, quod suscepimus, perfecturi sumus.

---

1 quānā ıgıtur ſententıā *A* quā nā ıgıtur ſentencıā *B* dicemus *ex uno codice Goerenzius* 2 *equırı (r *erasum*, e *obscurum*) *A* ſocratıſ *B* ſocratıſ (*fuit* ſecratıſ) *A* 3 parare *A* 5 qđ e *corr* qde *B* 6 ıſta* quıdem magna* (m *erasum utrobique*) *A* ıſtā quıdem magnā *B* 7 dııudıcatıo | tıo (tıo *in fine uersus a corr add*) *A* ſepe *A* cognouı* (*fuit* cognouıt) *A* sed certe — 13 uiuere *qui delerunt, hiulcam ex plana effecerunt orationem, quando quidem* ista quidem *desiderat membrum oppositum* sed certe, *et* quapropter hoc diiudicari *non possunt nullo interuallo adiungi illis* ista quidem magna diiudicatio est. *ceterum in uerbis ipsis fere nihil est quod non possit ipso Cicerone teste firmari* 8 ſe** (*fuit* ſeſe) *A* habet *Ernestus* habent *AB* uıuer& *corr* re *B* 9 apta *editiones* apta *A* aperta *B* apta e uirtute *A. W. Zumptius* pfruı*aut (fruı*a *in rasura*) *A* 10 natura (*corr* rā) ſequıt eī quaſı ut eıuſ quaſı lege *B* naturā ſequı* eıuſq**********qua lege *A* naturā ſequı et eıuſ quaſı lege *Heinsianus* 11 quā tū (*fuit* quā) *B* eaq; *corr* eaq̄; *B* 12 ıter *A* hoc *A* hoc *corr* hæc *B* 13 uırtutē *A* quapropter *Heinsianus* quap *AB* 14 nūquā *B* āNumquā (aNum *in rasura*) *A* (*sic*) an numquam *deteriores nonnulli* ſ& *corr in* ſed *A* 15 ıd *e corr A*

22 57 ATTICVS. At ego huc declinabam nec inuitus.

QVINTVS. Licebit alias: nunc id agamus, quod coepimus, quom praesertim ad id nihil pertineat haec de summo malo bonoque dissensio.

MARCVS. Prudentissime, Quinte, dicis; nam quae a me adhuc dicta sunt * * te Lycurgi leges neque Solonis neque Charondae neque Zaleuci nec nostras duodecim tabulas nec plebiscita desidero, sed te existimo cum populis tum etiam singulis hodierno sermone leges uiuendi et disciplinam daturum.

58 MARCVS. Est huius uero disputationis, Quinte, proprium id, quod expectas, atque utinam esset etiam facultatis meae. sed profecto ita se res habet, ut, quoniam uitiorum emendatricem legem esse oportet commendatricemque uirtutum, ab ea uiuendi doctrina ducatur. ita fit ut mater omnium bonarum rerum

---

1 a[τ]d *AB* ut[huc] *B* 3 ca[o]epımuſ *A* cepım' *B* nunc qđ praeſertım *B* | * * * * quod pſertī * * *A* non quod praeſertım *Heinsianus* quum (*uel* cum) praesertim *editiones* nı * hıl (*fuit* mıhıl) *A* 4 deſūm[o] *A* 5 nāq; *corr* nā q̄; *B* 6 dıcata ſunt τe[nec] lucurgı *A* dıcta ſunt τe[nec]lucurgı *B*; *tenui cum Turnebo primitiuam scripturam, cum editores fere correctam amplexi sint: sed illam licebat uel sic orationi accommodare* ⟨neque uero ego a⟩ te Lycurgi leges . . desidero. *supplementa mancae orationis, quae Turnebus eademque Lambinus habent, nihili sunt: ceterum non multa uidentur intercidisse et ea maxime, quibus Marcus, quae deinceps consideranda sint, significauerit eo fere modo, quo I* 5, 17 *scribit:* considerandae leges, quibus ciuitates regi debeant, tum haec tractanda, quae conposita sunt et descripta iura et iussa populorum, in quibus ne nostri quidem populi latebunt quae uocantur iura ciuilia 7 Zaleuci *editiones* ſeleucı *AB* 8 do[v]odecımτuba[v]laſ *A* (*sic*) plebı[f]ſcıτa *A* ex * ıſτımo *A* 9 legıſ *A* legıſ *corr* eſ *B* 11 uere *corr* uero *A* quın * τe *A* quıτe *B* 13 facultaτeſ *corr* ıſ *B* ſed *Heinsianus* ſı *AB* rē[f] *A* re *corr* reſ *B* 15 commendaτrıcemque *Heinsianus* conmaτrıcēq; *B* cūmaτrıcemque *corr* cō *A* 16 bonoꝝ[a] *A* bonorū *corr*

sit sapientia, *a* quoius amore Graeco uerbo philosophia nomen inuenit, qua nihil a dis inmortalibus uberius, nihil florentius, nihil praestabilius hominum uitae datum est. haec enim una nos cum ceteras res omnes, tum, quod est difficillimum, docuit, ut nosmet ipsos nosceremus: cuius praecepti tanta uis et tanta sententia est, ut ea non homini quoipiam, sed Delphico deo tribueretur. nam qui se ipse norit, primum aliquid 59
se habere sentiet diuinum ingeniumque in se suum sicut simulacrum aliquod dicatum putabit, tantoque munere deorum semper dignum aliquid et faciet et sentiet, et, quom se ipse perspexerit totumque temptarit, intelleget, quem ad modum a natura subornatus in uitam uenerit quantaque instrumenta habeat ad optinendam adipiscendamque sapientiam, quoniam principio rerum omnium quasi adumbratas intellegentias animo ac mente conceperit, quibus inlustratis sapientia

---

arũ *B* 1 sit sapientia *editiones* ſapɪenᴛɪa *AB* a *om AB* ad *corr* a *Heinsianus* quoɪuſ *A per rasuram mutatum in* cuɪuſ *B* 2 addnſ *B* ɪmmorᴛalɪb; *A* 3 preſᴛabɪlɪuſ *B* 4 una (na *in rasura*) *A* 5 docuɪᴛ nofmeᴛ (ut *supra*) *A* 6 noſceremuſ *Heinsianus* noceremuſ *mutatum in* doceremuſ *AB* ᴛanᴛɪ auᴛ ſed *corr in* ᴛanᴛa uɪſ & *B* ᴛanᴛa uɪſ & *in rasura A* 7 quopiã (ɪ *supra*) *A* quopɪã (cuɪ *supra*) *B* dephɪco (l *supra*) *B* 8 ᴛrɪbu**ereᴛur *A* quɪ*|ſe ɪpſo *A* 9 dɪuɪno (v̄ *supra*) *AB* 10 dedɪcaᴛum *B* puᴛauɪᴛ *corr* bɪᴛ *AB* 11 alɪqd̃ *B* & faᴛɪeᴛ (& *supra*) ſenᴛenᴛɪ& *A* & facɪ& (& *supra*) ſenᴛɪ& *B* 12 cũ *B* ȷpſe (ſe *supra*) *A* ᴛanᴛumque (o *supra*) *A* ᴛempᴛar& *corr* rɪᴛ *B* se ipse tentarit totumque perspexerit *Ernestus, quod perperam arripuit Baiterus: confer ad Quintum fr. I* 4, 5 perspice rem et pertempta; *poterat enim nostro quoque loco* perspexerit et pertemptarit, *sed idem est* totumque temptarit; *et perspiciendi uerbum saepius ita ponitur, ut ab accurate inspiciendo, explorando uix uideatur differre, uelut ad fam. IX* 15, 5 tu uelim cum fabris eam (domum) perspicias 15 obᴛɪnendã *A* adɪpɪſcendamq; (ɪ *ante* ſ *in rasura*) *A* obtinendam adipiscendamque *Maduigius de fin. II* 22, 71 '*durissimam hysterologiam*' *dicit et mendi suspicionem mouet* 16 ɪnᴛellɪgenᴛɪaſ *A* 17 concoeperɪᴛ *B* illustratis *Manutius* ɪnluſᴛraſ (ᴛɪ *supra*) ᴛa

23 duce bonum uirum et ob eam ipsam causam cernat se
60 beatum fore. nam quom animus cognitis perceptisque uirtutibus a corporis obsequio indulgentiaque discesserit uoluptatemque sicut labem aliquam dedecoris oppresserit omnemque mortis dolorisque timorem effugerit societatemque caritatis coierit cum suis omnisque natura coniunctos suos duxerit cultumque deorum et puram religionem susceperit et exacuerit illam, ut oculorum, sic ingenii aciem ad bona eligenda et reicienda contraria, quae uirtus ex prouidendo est appellata pru-
61 dentia, quid eo dici aut cogitari poterit beatius? idemque quom caelum, terras, maria rerumque omnium naturam perspexerit, eaque unde generata, quo recursura, quando, quo modo obitura, quid in iis mortale et caducum, quid diuinum aeternumque sit, uiderit ipsumque ea moderantem et regentem paene prenderit seseque non his circumdatum moenibus popularem alicuius definiti loci, set ciuem totius mundi quasi unius

---

uel τu *superscriptum*) *B* ınluſτratuſ (τuſ *in rasura*) *A* 2 beatū ∗ fore (f *e corr*) *A* quo *corr* quod *B* qđ ∗ *A e corr* (*fuit* quo); quum *uel* cum *editiones* 3 adcor corıſ *corr* a corporıſ *B* a corporıſ (a corpo *in rasura*) *A* 4 uolupτaτem quae *AB* obpreſſerıτ *A* 5 quae *bis B* ſocı&aτē quae *B* 6 coierit *Turnebus* coegerıτ *AB* (*sed* g *corr ex* c *in A*) cū *corr ex* eū *A* eū *B* omnesque *R. Stephanus* omnıb; quae *B* omnıbuſ quı (*corr* que) *A* naτura *AB* 7 con^{ivnc}|iecτoſ *A* pı^{v}ram *A* purā *sed* u *corr ex* y *ut uidetur B* 9 ıngenı^{ı}acıem (c *mutatum in* τ) *B* ıngenıı ∗ acıem (*fuisse* ıngenıτa acıem *uidetur*) *A* bona ∗ elegenda ∗ (*utrobique* ſ *erasum*) *B* bonaſ elıgendaſ (ſ *utrumque erasum*) *A* 11 cogıτare *corr* rı *B* beacıuſ (c *mutatum in* τ) *B* ıdemque *Heinsianus* eıdemq; *AB* 12 quo^{c}m *B* cū *A* rerumque omnıum *Heinsianus* rerū omnıūq; naτurā ∗ (q; *erasum*) *AB* 13 recursura *scripsi* recura *AB* recuraNT *B corr* recu^{r}raNT *A corr* 14 quo^{o}mobıτura *B* quıτ *corr* quıd *B* ın^{ı}ıſ *B* ın ıſ *Heinsianus* ın hıſ *A* 16 poene *A* paenae *B* 17 non his *scripsi* non omnıſ *AB* popularem *Heinsianus* populare *AB* 18 definıτı locı ſed *Heinsianus* definıτıo locıſ & *A* dıffinıτıo

urbis agnouerit, in hac ille magnificentia rerum atque in hoc conspectu et cognitione naturae, dii inmortales, quam se ipse noscet, quod Apollo praecepit Pythius, quam contemnet, quam despiciet, quam pro nihilo putabit ea, quae uolgo dicuntur amplissima.
atque haec omnia quasi saepimento aliquo uallabit 24 62
disserendi ratione, ueri et falsi iudicandi scientia et arte quadam intellegendi quid quamque rem sequatur et quid sit quoique contrarium. quomque se ad ciuilem societatem natum senserit, non solum illa subtili disputatione sibi utendum putabit, sed etiam fusa latius perpetua oratione, qua regat populos, qua stabiliat leges, qua castiget improbos, qua tueatur bonos, qua laudet claros uiros, qua praecepta salutis et laudis apte ad persuadendum edat suis ciuibus, qua hortari ad

---

locıſ & *B* popularem alicuius definiti *delet Dauisius, quod cum Halmio probans Baiterus* non unius circumdati moenibus loci *scripsit: negaui olim recte interpolationem agnosci nec muto sententiam, et hoc maxime illi rationi obesse puto, quod ne resectis quidem illis reliquam orationem sine correctione probam exire appareat* · τocıuſ (c *mutatum in* τ) *B* unuſ *corr* unıuſ *AB* 1 urbıſ *corr ex* urƀ *A* acnouerıτ *B* 2 cognıτıonē *A* dıı. ınmorτaleſ *B* dıımmınorτaleſ *A* 3 quam se *deteriores* quam ſı *AB* noscet *deteriores* noſſ& *B* noſſ& (ſ& *in rasura*) *A* appollo *A* 4 phıτıuſ *A* phyτhıuſ *B* conτempneτ *A* deſpıτıeτ *A* 5 puτauıτ *corr* bıτ *AB* eaque *A* eaq; *corr* eaq̄; *B* uulgo *B* 6 ſępe menτo *corr* ſępımenτo *B* uallauıτ *corr* bıτ *AB* 7 ratione ueri *editiones* raτıoneſ urı *B* raτıoneſ·ue-rı *A* ıudıcandı ſcıenτıa *Heinsianus* ıudıcıūdeſcıenτıa- ū *in rasura,* ſ *erasum B* ıudıcıa-deſcıenτıa (deſcıenτıa *in rasura*) *A* 8 arte (rτ *e corr*) *A* quamque rē (*fuit* quę) *A* quāque rem (que rem *in rasura*) *B* ſequaτur *Heinsianus* ſequanτur *AB* 9 quıd ſı quoque *A* quıd ſıτ**| cuıque (*sic, in fine uersus rasura in qua* τ *corr,* cuı *in initio alterius a corr add*) *B, uidetur* quıd ſı quo|que *fuisse ante rasuram* quomque *A* quomq; *B* 11 puτauıτ *corr* bıτ *AB* fuſa *in rasura A* lacıuſ *B* lacıuſ (c *mutatum in* τ) *A* 12 porp&ua *A* 13 qua*caſτıg& (*fuit* quaſ) *B* tueτur *AB* 14 laudeſ *corr* ıſ *AB* apτąe *B* 15 aedaτ *B* cıuıcıb; *A* orτarı *B* orτarı *A*

decus, reuocare a flagitio, consolari possit adflictos factaque et consulta fortium et sapientium cum improborum ignominia sempiternis monumentis prodere. quae quom tot res tantaeque sint, quae inesse in homine perspiciantur ab iis, qui se ipsi uelint nosse, earum parens est educatrixque sapientia.

63 ATTICVS. Laudata quidem a te grauiter et uere: sed quorsus hoc pertinet?

MARCVS. Primum ad ea, Pomponi, de quibus acturi iam sumus, quae tanta esse uolumus; non enim erunt, nisi ea fuerint, unde illa manant, amplissima; deinde facio et lubenter et, ut spero, recte, quod eam, quoius studio teneor quaeque me eum, quicumque sum, effecit, non possum silentio praeterire.

ATTICVS. Vero facis et merito et pie, fuitque id, ut dicis, in hoc sermone faciundum.

---

1 reuocare *mutatum in* reuocarı *A* adflagıcıo (c *mutatum* in τ) *A* adflagıτıo *B* conſuları *corr* ſol *AB* adflıcτoſ (ſ *suprascr.*) *A* 2 facτa quae & con∗ſul∗τa (*uidetur* conſſulaτa *fuisse*) *B* 3 ıgnomıa (nı *suprascr.*) *A* 4 que *corr* quae *A* quom *A* quom (c *suprascr.*) *B* reſ τaτaeque (N *suprascr.*) *A* reſ∗τanτaeq; (τanτ *in rasura*) *B* ſıne quae *corr* ſınτ *B* ſıNque (Nque *in rasura*) *A* 5 hıſ *AB* 6 educaτrıxqu∗e (a *erasum*) *B* 7 τe *in rasura A* 11 erunt *deteriores* ſunτ *BA, sed in hoc* ſ *corr ex* r 12 recτae (a *erasum*) *B* ſpero recτe (ero recτe *in rasura*) *A* 13 me eum *deteriores* mecū *sed* cū *erasum B* me∗∗∗| *A* 14 effecit *deteriores* effıcı (τ *suprascr.*) *AB* non ſponſum *A* praeτerıre · reuero *sed* re *ante* u *in rasura et* ro *mutatum in* ra *A* praeτerıre · reuero *corr* ra *B*; *puto manifestum esse unde* re *ante* uero *ortum sit, quo non nulli ad emendanda uerba abusi sunt* 15 et pie *scripsi* eτ ıpſe *AB* fuıτ quae *B* fuıτ q̃; *sed corr* q; *A* 16 faτıundum *A* faciendū *B* M̄ TVLLI CI·RONIS ∂e LeGIBUS LIB · I · eX̄P̄L̄IC INCIP · II · *A* M̄ TVLLI CICERONIS DE LE GIBUS LIBER · I · EXP̄ · DE LeGIB · II · *B sed* DE LeGIB · II · *rec*

LIBER SECVNDVS

ATTICVS. Sed uisne, quoniam et satis iam ambu- I
latum est et tibi aliud dicendi initium sumendum est, 1
locum mutemus et in insula, quae est in Fibreno, nam, opinor, id illi alteri flumini nomen est, sermoni reliquo demus operam sedentes?

MARCVS. Sane quidem; nam illo loco libentissime soleo uti, siue quid mecum ipse cogito siue aut quid scribo aut lego.

ATTICVS. Equidem, qui nunc potissimum huc 2
uenerim, satiari non queo, magnificasque uillas et pauimenta marmorea et laqueata tecta contemno; ductus uero aquarum, quos isti Nilos et Euripos uocant, quis non, cum haec uideat, inriserit? itaque, ut tu paulo ante de lege et de iure disserens ad naturam referebas

---

1 Sed τuiſne (τ *erasum*) *B* Sed∗uiſne *A* 2 ubi *corr* τibi *AB* dicen∗dȷ inicium (ȷ *e corr*, *uidetur* dicem de inicium *fuisse*) *B* 3 & ^IN^ inſula *B* fibrino *AB sed confer p.* 61, 8 4 id illi *Dauisius* illi *B* ∗illi (*fuit* & illi) *A* hoc illi *Lambinus* id opinor illi *Manutius* *Confer II* 26, 64 *et de diuin. I* 5, 8 cum in Lyceum uenissemus, id enim superiori gymnasio nomen est; *in collocatione uerbi* opinor *ne quis haereat cf. Tusc. I* 39, 94 nam, reor, nullis··uita posset esse incundior aliτeri *B* ē ſe ſermoni *corr* eſſe ſermoni *B* eſſe *in rasura A*; *apertum est et* est *esse primitiuam scripturam et quo errore* esse *natum sit* 7 uτ *corr* uτi *B* uτi *in rasura A* ſine quid *corr* ſiue *B* auτ quid *B* ali∗quid *corr ex* auτ quid *A*; *confer ad fam. IX* 20, 3 litteris me inuoluo, aut scribo aut lego; *de fin. II* 33, 107 poema, orationem cum aut scribis aut legis; *sed ad fam. IX* 26, 4 cotidie aliquid legitur aut scribitur, *ubi* aliquid aut legitur *Bakius temere*

9 hunc *AB* 10 faciari non quaeo *B* 11 &∗∗laqueaτa (il *erasum*, laqueaτa *in rasura*; *uidetur* & illa quae ad *fuisse*) *B* eτ∗∗laqueaτa (eaτa *in rasura*) *A* et illa laqueata *Halmius* conτempno *AB* 13 hoc *B* 14 iure (re *e corr*) *A* ad *e corr A*

omnia, sic in his ipsis rebus, quae ad requietem animi delectationemque quaeruntur, natura dominatur. quare antea mirabar, nihil enim his in locis nisi saxa et montes cogitabam itaque ut facerem et orationibus inducebar tuis et uersibus, sed mirabar, ut dixi, te tam ualde hoc loco delectari: nunc contra miror te, cum Roma absis, usquam potius esse.

3 Marcvs. Ego uero, cum licet pluris dies abesse, praesertim hoc tempore anni, et amoenitatem hanc *et* salubritatem [hanc] sequor, raro autem licet. sed nimirum me alia quoque causa delectat, quae te non attingit ita.

Atticvs. Quae tandem ista causa est?

Marcvs. Quia, si uerum dicimus, haec est mea et huius fratris mei germana patria: hic enim orti stirpe antiquissima sumus; hic sacra, hic gens, hic maiorum multa uestigia. quid plura? hanc uides uillam, ut nunc quidem est, lautius aedificatam patris

---

1 ınıſ *B e corr, uidetur* nıſı *fuisse* 2 dılectatıonemque *A* delectatıonem quem *B* queruntur *corr* que *B* 3 ſaxa *in rasura A* 4 munteſ *corr* mon *A* cogıtare^bam^ *B* cogıtabā *corr ex* cogıtarē *A; fortasse* cogitaram 5 ınduceba^r^ *B* te∗tam *corr ut uidetur ex* tetıam *A* 6 delectare *A* 7 abſıſ *in rasura quae etiam proximum* u *attingit A, neque tamen aliud quaerendum cum Halmio* pocıuſ (c *mutatum in* t) *B* 8 pluref *B* abeſſe *Heinsianus* abeſſē *A* abe͠e *corr in* abe͠em *B* 9 et amoenıtatem hanc ^&^ſalubrıtatē hanc (alu *in rasura*) *A* & amoenıtatem hanc ^&^ſa lubrıtatem hanc *B* et amoenıtatem et ſalubrıtatem hanc *Heinsianus*: *dubito de ueritate scripturae et suspicor fuisse* salubritatem hanc et amoenitatem [hanc]; *confer III* 18, 42 11 alia^quoque^ · cauſa *A* 12 attıngıt ıta · quae tandem *Heinsianus* attıngıt · Itaque tandem *AB* *Qui* ita *delent, tollunt urbanitatem orationis* 15 patrıa (a *ultimum in rasura*) *A* hınc *B* ∗ortı (rt *corr*) *A* 16 ſtırpe (t *e corr*) *B* gens *R. Stephanus, confer II* 22, 55 extra sacra et gentem 17 quıd *corr ex* quod (qd̄) *AB* hanc uıde hanc uıdeſ *B* 18 aedıfıcatam *Heinsia-*

nostri studio, qui cum esset infirma ualetudine, hic fere aetatem egit in litteris: sed hoc ipso in loco, cum auos uiueret et antiquo more parua esset uilla, ut illa Curiana in Sabinis, me scito esse natum; qua re inest nescio quid et latet in animo ac sensu meo, quo me plus hic locus fortasse ~~recte~~ delectet, si quidem etiam ille sapientissimus uir, Ithacam ut uideret, inmortalitatem scribitur repudiasse.

Atticvs. Ego uero tibi istam iustam causam puto, 2 4
cur huc libentius uenias atque hunc locum diligas: quin ipse, uere dicam, sum illi uillae amicior modo factus atque huic omni solo, in quo tu ortus et procreatus es; mouemur enim nescio quo pacto locis ipsis, in quibus eorum, quos diligimus aut admiramur, adsunt uestigia. me quidem ipsae illae nostrae Athenae non tam operibus magnificis exquisitisque antiquorum artibus delectant quam recordatione summorum uirorum, ubi quisque habitare, ubi sedere, ubi disputare sit solitus, studioseque eorum etiam sepulchra contemplor: qua re istum, ubi tu es natus, plus amabo posthac locum.

---

nus aedificata *AB* 1 ualetudinem *AB* 2 fer aetatem (e *supra*) *B* fe- reetatē *sed* eę *corr ex* ae *A* eg& *A* 3 auoſ *AB* 4 in- est *R. Stephanus* ideſt *B* id · ē · *A* 5 quit *corr* quid *AB* hac *sed* h *erasum B* ſenſum eo *AB* 6 delect& *sed* d *e corr A* (*uidetur* fortaſſet elect& *fuisse*) recte *addidi, quod putaui re- quiri, maxime* si quidem *ut haberet quo referretur et propter Attici responsum* *ſi *A* 7 uiri hacam (t *supra*) *B* immortalitatē *A* 10 ***cur (*satis certo agnoscitur* curcur *fuisse*) *A* libentiuſ (ti *in rasura*) *A* diligeſ (a *supra*) *B* 11 quiinipſe *B* quin | **ipſe *A* uerae *B* ille *corr* illi *AB* amicior (ti *supra*) *A* amici|tior *corr ex* ami cior *B* 12 omniſ *sed* ſ *erasum B* tu hortuſ (h *erasum*) *B* tu ortuſ *sed* t *et* rt *corr A* 13 mouemor (v *supra*) *A* 14 dilimuſ (gi *supra*) *A* ammiram̄ *B* 15 meṇ *B* me* *A* (n *erasum*) ipſe ille *corr* ipſę illę *B* *athen*ae (*fuit* catheniae) *B* athenę *in rasura A* 16 ex | quę ſitiſq; (*corr* qui) *B* 17 recordationeſ *B* 19 ſtudioſe quạe *A* ſtudioſe queṃ *B*

MARCVS. Gaudeo igitur me incunabula paene mea tibi ostendisse.

ATTICVS. Equidem me cognosse admodum gaudeo. sed illud tamen quale est, quod paulo ante dixisti, hunc locum, idem ego te accipio dicere Arpinum, germanam patriam esse uestram? numquid duas habetis patrias, an est una illa patria communis? nisi forte sapienti illi Catoni fuit patria non Roma, sed Tusculum.

MARCVS. Ego me hercule et illi et omnibus municipibus duas esse censeo patrias, unam natu*rae, alte*ram ciuitatis. ut ille Cato, quom esset Tusculi natus, in populi Romani ciuitatem susceptus est, ita, quom ortu Tusculanus esset, ciuitate Romanus, habuit alteram

---

1 poene *A* 2 oſτendıſ|ſe ha[e]cquıdem *B* oſτendıſſe ∗∗ equıdem *A* 5 ıdem *AB* *fortasse* id est ut (ıdēuτ) (*confer ad fam. IX* 8, 1 cum tu tardius faceres, id est, ut ego interpretor, diligentius; id enim *Goerenzius, quod ut specie quadam arridet, et placuit Baitero, ita curiosius rimanti uix poterit probari: poterat inuerso ordine* Arpinum, id enim ego te accipio dicere hunc locum 6 patrıama[e]ſſe *B* uſ̄am ∗ [nū] quı[d]duaſıſ habıτıſ (nū *et* d *a corr superscripta*; habıτıſ *corr in* habeτıſ) *B* uſ̄am [nū] [ı]qd ∗ duaſ ∗∗ habıτıſ (nū *antiqua manu superscriptum*; q[ı]d ∗ duaſ ∗∗ *corr ex* quıduaſıſ; *denique* habıτıſ *mutatum in* habeτıſ) *A* ueſτram quıd uoſ duaſ habeτıſ *Heinsianus* uestram? quid? duas uos habetis *Halmius*; *sed* numquid *iniuria spernitur, quod aptius est quam* quid *post interrogationem alteram* quale est *illatum, et* uos *nullam habet fidem, si quidem Heinsianus manifesto correctus est*, duaſıſ *autem apparet unde ortum sit insequente* habeτıſ 7 patrıaſane ē *B* patrıaſ ∗ an ∗ ·ē· (ſ *e corr, fuit* patrıa ſane ē) *A* patraa *corr* rıa *B* commōnıſ *B* 9 meberculae (b *mutatum in* h) *B* 10 caenſe opaτrıaſ *corr* caenſeo ∗ paτrıaſ *B* unam naturae, alteram ciuitatis *deteriores* unā naτuram cıuıτaτıſ *AB* 11 quo[c]m eſτ *B* quom ∗ ē ∗ *A* esset *Ascensiana* 12 ıτa *AB* *quod uerum est, quamquam non recte explicatur in Handii Tursellino III p.* 471 cum orτu τuſculanuſ *Heinsianus* quom[cum] orτuſ τuſculano (orτ *corr et* ſ *add*, no *mutatum ex* nū) *A* qu[c]um orτu[ſ] τuſculano *B* 13 ciuitate Romanus *deteriores* cıuıτaτem romam *B*

loci patriam, alteram iuris, ut uestri Attici, prius quam Theseus eos demigrare ex agris et in astu, quod appellatur, omnis se conferre [se] iussit, et ~~sui~~ erant idem et Attici, sic nos et eam patriam ducimus, ubi nati, *et illam, a qua excepti* sumus. sed necesse est caritate eam praestare, qua rei publicae nomen uniuersae ciuitatis est, pro qua mori et cui nos totos dedere et in qua nostra omnia ponere et quasi consecrare debemus. dulcis autem non multo secus est ea, quae genuit, quam illa, quae excepit. itaque ego hanc meam esse patriam prorsus numquam negabo, dum illa sit maior, haec in ea contineatur [- - habet ciuitatis et unam illam ciuitatem putat.]

---

ciuitate romā *sed corr* ciuitatē *A* 2 eos demigrare *Manutius* eoſ dem migrare *B* eoſdē migrare *A* apellatur *B* 3 omniſ ſe conferre ſe iuſſit *AB*, *alterum utrum* se *om deteriores, editiones* et Sunii erant iidem et Attici *R. Stephanus* et sui erant idem et Attici *Maduigius Opp. II* 146 & ſymfranti demetat ticiſ *B* & ſimf*rantidem & atticiſ (*fuit ut uidetur* simferant) *A* 4 & *ante* eam *in rasura B* 5 nati ſumuſ *AB* et illam qua excepti *addita in deterioribus*, a qua *Bakius* 6 caritatem *B* caritatē *A* preſtare *B* quā (*fuit* quā) *A* e qua *Maduigius Emend. p.* 61 7 quo amori *mutatum in* qua*mori *AB* 8 ſedere *corr* dedere *AB* ponere* (*uidetur* poneret *fuisse*) *A* 9 duciſ *A* duſciſ *B* ſecuſ**ē (*fuit* ſecutuſ ē) *A* æa *corr* ea *B* 10 que genuit *A* 11 proſuſ *AB* n ūquā *A* n umquā *B* *sed* n *in rasura trium litterarum, quae esse* non *poterant; fuitne* non umquam, *id quod Ciceroni non magis abiudicandum est, quam aut* non usquam (*Tusc. V* 9, 24 non usquam id quidem dicit omnino) *aut* non ullus, *cuius pauca sed certa exempla Maduigius de fin. III* 15, 50 *perscripsit* illa ſit *AB* sit illa *Halmius errore* 12 haec *unus et alter deteriorum* ſed *B* & *A Heinsianus* ciuitatiſ & unam illam *AB* ciuitates duas sed illas unam (*sic*) *editiones nonnullae uetustiores ueluti Ascensiana, Camerarii, sed in plerisque omittuntur haec* habet . . putat, *quae hodie fere pro glossemate habentur: sed potuit fieri ut interciderint, quibus illa superioribus adnectebantur, uelut* contineatur: ⟨et eodem modo omnis municeps duas ut mihi uidetur⟩ habet ciuitatis set

3 6 Atticvs. Recte igitur Magnus ille noster me audiente posuit in iudicio, quom pro Ampio tecum simul diceret, rem publicam nostram iustissimas huic municipio gratias agere posse, quod ex eo duo sui conseruatores extitissent. uti iam uidear adduci hanc quoque, quae te procrearit, esse patriam tuam. sed uentum in insulam est; hac uero nihil est amoenius. ut enim hoc quasi rostro finditur Fibrenus, et diuisus aequaliter in duas partes latera haec adluit rapideque dilapsus cito in unum confluit et tantum conplectitur quod satis sit modicae palaestrae loci. quo effecto, tamquam id habuerit operis ac muneris, ut hanc nobis efficeret sedem ad disputandum, statim praecipitat in Lirem et, quasi in familiam patriciam uenerit, amittit nomen obscurius Liremque multo gelidiorem facit; nec enim ullum hoc frigidius flumen attigi, cum ad multa accesserim, ut uix pede temptare id possim, quod in Phaedro Platonis facit Socrates.

7 Marcvs. Est uero ita, sed tamen huic amoenitati, quem ex Quinto saepe audio, Thyamis Epirotes tuus ille nihil, opinor, concesserit.

---

unam illas ciuitatem putat 1 rectae *B* 2 iuditio (t *mutatum in* c) *B* quom *A* cũ *B* Ampio *nescio qui apud Turnebum et Lambinum* ambio *AB* 3 diceret (t *corr*) *A* iustissimam *B* iustissimã* (*fuit* iustissimas) *A* 4 mõnicipio *A* duo sui *editiones* duo sunt *sed* sunt *erasum B* duo | *omisso* sui *A* (*Halmius errat*) 5 uti iam] utinã *AB* ut iam *editiones* uidear *R. Stephanus* uideã *AB* 6 qui *corr* quę *B* 7 haec *B* hac* (ac *in rasura*) *A* 8 ut enim *AB* etenim *Lambinus* 9 adluit *B* rapide quae *A* 10 conpectitur *AB* 11 modice *corr* modicę *AB* palestrę *A* pallestrae *B* 13 efficeret *deteriores* efficerit *corr* effecerit *B* effecerit *A* disputandèm *A* precipitat *B* p̃cipitat* (at *corr, fuit ut puto* p̃cipitant) *A* 15 gelidorem *AB* 16 ullum *Heinsianus* illum *B* illũ *A* attigi cum ad *deteriores* atticiũ ad *A Heinsianus* aticium ad *B* 17 possum *B* 18 pedro *B* 20 quem *Dauisius* q; *sed corr* q̃; (*h. e.* quae, *non* quem) *B* quę *A* quam *Heinsianus* audio (dio *in rasura*) *A* Thyamis *Turnebus*

QVINTVS. Est ita, ut dicis; caue enim putes Attici nostri Amalthio platanisque illis quicquam esse praeclarius. sed, si uidetur, considamus hic in umbra atque ad eam partem sermonis, ex qua egressi sumus, [et] reuertamur.

MARCVS. Praeclare exigis, Quinte, at ego effugisse arbitrabar, et tibi horum nihil deberi potest.

QVINTVS. Ordire igitur; nam hunc tibi totum dicamus diem.

MARCVS. 'A Ioue Musarum primordia,' sicut in Aratio carmine orsi sumus.

QVINTVS. Quorsum istuc?

MARCVS. Quia nunc item ab eodem et a ceteris di|s immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia.

QVINTVS. Optime uero, frater, et fieri sic decet. 8

MARCVS. Videamus igitur rursus, prius quam ad- 4
grediamur ad leges singulas, uim naturamque legis, ne, quom referenda sint ad eam nobis omnia, labamur

---

тhebanuſ *corr ex* тheuamıſ *A* тhebanuſ, *sed* b *corr ex* u, *et* nuſ *in rasura B forsitan* thoeamis *antiquitus scriptum fuerit, unde natae sint corruptelae: de peruulgata* oe *et* y *uocalium permutatione, quae saepe errores creauit, cum alii tum nuper Hauptius speciosis quibusdam exemplis usus dixit in Variorum c.* 33 (*Herm. IV* p. 331) ſephıroтeſ *B* epyroтeſ *A* 2 Amalthio *Turnebus* emaтhyo *A* emaт hro *B* (*sic*) e& *corr* ẽẽ *B* eſſe (ſe *in rasura*) *A* 3 hı|cınum bram (*corr* hıc|ın) *B* 5 & reuerтamur *B* ·reuerтamur *A* 6 exaıſquae quınтae *B* exıſquequınтe *A* exıgıſ quınтe *corr AB* ad *B* 7 arbıтrabar (ıтra *in rasura*) *A* nıhıl (h *in rasura*) *A* deberım *B* 8 ordıre *in rasura A* тıbı (ı *ultima e corr add*) *B* 9 dıēmaıore|muſarum prımordıa *A* dıemmaıorem muſarum prımordıa *B* diem. A Ioue *R. Stephanus* 10 in Aratio *R. Stephanus* ınnarraтıo *A* ınnarraтıo *B* 13 qa (a *in rasura*) *A* & a *superscriptum B* & a (& *corr*) *A* 14 dııſ ımmorтalıb; *B* dıſ|ɪɴ morтalıbuſ (ıſ *e corr et* ɪɴ *in litura trium litterarum*) *A* prımordıae *B* prımordıa *corr ex* prımordıo *A* 15 deceт *corr ex* dıcıт *A* 16 adgredıamur (r *ultimum in rasura*) *A* 17 legeſ *corr* ıſ *AB* 18 quom *A*

interdum errore sermonis ignoremusque uim rationis eius, qua iura nobis definienda sint.

Qvintvs. Sane quidem hercle, et est ista recta docendi uia.

Marcvs. Hanc igitur uideo ex sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingeniis excogitatam nec scitum aliquod esse populorum, sed aeternum quiddam, quod uniuersum mundum regeret imperandi prohibendique sapientia. ita principem legem illam et ultimam mentem esse dicebant omnia ratione aut cogentis aut uetantis dei: ex qua illa lex, quam di humano generi dederunt, recte est laudata; est enim ratio mensque sapientis ad iubendum et ad deterrendum idonea.

9 Qvintvs. Aliquotiens iam iste locus a te tactus

---

quom *B* 1 uim ſermoniſ eī·qua (ſ *ultimum in* ſermoniſ *a corr add*) *B* uim ſermoniſeiuſ quo* (ſe *ante* i *corr*, quo* *corr ex* qua) *A*; *primitiua scriptura* qua *persuadet*, ſermoniſ, *quod ferri non potest, propter uiciniam eiusdem uocis errore ortum esse, cuius loco, cum abesse nomen non possit, uix aliud uidetur scriptum fuisse, quam quod reposui* rationis eius qua; *confer de orat. III* 6, 21 ubi enim perspecta uis est rationis eius qua causae rerum cognoscuntur 3 hercle *B* hercle (c *e corr*) *A* 5 ex|ſapientiſſim--orum (*uidetur* ſapientiſſimi rorum *fuisse*) *B* --ſapientiſſimoꝝ *A*; *fuitne* expressam (*h. e.* expſā) sapientissimorum ? *nam non de nihilo esse illud* ex *putauerim; confer Acad. pr. II* 24, 77 nemo umquam superiorum non modo expresserat, sed ne dixerat quidem posse hominem nihil opinari 6 excogitatā (ā *corr ex* o) *A* 7 populorum sed *deteriores* populorumqđ (qđ *corr ex* q;) *B* populoꝝ quod (od *in rasura*) *A* 8 munduſ (dūſ *corr*) *A* 9 prohibendique (endi *in rasura*) *A* ſapientia *A* 10 men|tem *corr ex* m̄|tem *A* dicebant *deteriores* dicebat *AB* 11 cog*entiſ (*fuit* cogi entiſ) *B* cog*entiſ *A* uaetantiſ *B* dei (ei *corr*) *B* dej *corr ex* di *A* quā humano (h *in rasura*) *A* quā dij humano (ij *corr ex* i) *B* 13 menſq. *in rasura A* adde-terendū *A* addeṫrendum (*sic* ṫ *corr ex* t) *B* 15 aliquocienſ (c *mutatum in* t) *B* iſte locuſ| (e locuſ *in rasura*) *A*

est; sed ante quam ad populares leges uenias, uim istius caelestis legis explana, si placet, ne aestus nos consuetudinis absorbeat et ad sermonis morem usitati trahat.

Marcvs. A paruis enim, Quinte, didicimus 'si in ius uocat' atque [at] eius modi leges alias nominare; sed uero intellegi sic oportet, et hoc et alia iussa ac uetita populorum uim habere ad recte facta uocandi et a peccatis auocandi, quae uis non modo senior est quam aetas populorum et ciuitatium, sed aequalis illius caelum atque terras tuentis et regentis dei. neque 10
enim esse mens diuina sine ratione potest, nec ratio diuina non hanc uim in rectis prauisque sanciendis habet, nec, quia nusquam erat scriptum, ut contra omnis hostium copias in ponte unus adsisteret a tergoque pontem interscindi iuberet, idcirco minus Coclitem illum rem gessisse tantam fortitudinis lege atque im-

1 ſ*ed (*fuisse* ſæт *uidetur*) *A* aт *corr* ad *A* legıſ *corr* eſ *AB* ueniſ (a *supra*) *AB* 2 explena *B* explena *corr* explana *A* 3 conſuetudıſ *corr* dınıſ *AB* 5 a paruis enim *editiones* apparuıſſe nım *corr in* apertıuſ enım *B* aptıuſ** enım *A sed* aptıuſ *corr in litura quae etiam antecedentia* taтı trahaт *complectitur* quın*te *A* dıdıcımuſ *B* 6 atque *Ascensiana* aтque aт *AB in quibus* aт *ex* aтque *ortum eodem modo quo III* 18, 40 aтque [ad] ſedaтa; *hoc igitur delendum nec praeterea quicquam mutandum esse censui olim nec muto sententiam quamuis uituperatus a Schoellio Legis XII Tab. rel. p.* 69. *usum illum Halmius in commentario Sestianae p.* 305 *exemplis illustrauit* nomınareſ *B* 7 & *ante* alıa *corr A* ıuſſa*| ac* u&ıтa (u& *in rasura*) *A* 8 aт *corr* ad *A* facтa (acт *corr*) *A* & a *corr A* 9 auocandıq; тuıſ (q; *corr in* q̃; *h. e.* quae) *B* auocandıque* uıſ (que *corr in* quę) *A* 10 cıuıтaтıum *AB* (*sic*) ſed (d *corr*) *A* 11 тuendıſ (т *supra*) *B* тuenтıſ (тı *in rasura*) *A* deınıq; *corr* deı·neq; *B* deıNeque| (Nẹ *corr*) *A* 12 enī menſ dıuına (ẽẽ *supra*) ſıne raтıone poтeſт nec raтıo dıuına *in rasura A* 13 ſancciendıſ *B* ſancıendıſ (nc *in rasura*) *A* 14 ſcṛıpтū *A* 15 omnıſ (n *corr*) *A* copıa *corr* copıaſ *B* copıaſın (aſın *in rasura*) *A* aтergo quae *AB* 16 coclıтem (e *in rasura*) *A* 17 ıllurem (*sic*) *A* geſſıſſeтanтā (ſſeт *in rasura*) *A* forтu-

perio putabimus, nec, si regnante *L.* Tarquinio nulla erat Romae scripta lex de stupris, idcirco non contra illam legem sempiternam Sex. Tarquinius uim Lucretiae, Tricipitini filiae, attulit. erat enim ratio, profecta a rerum natura, et ad recte faciendum inpellens et a delicto auocans, quae non tum denique incipit lex esse, quom scripta est, sed tum, cum orta est; orta autem est simul cum mente diuina. quam ob rem lex uera atque princeps apta ad iubendum et ad uetandum ratio est recta summi Iouis.

5 11 Qvintvs. Adsentior, frater, ut, quod est rectum uerumque, *aeternum quoque* sit neque cum litteris, quibus scita scribuntur, aut oriatur aut occidat.

Marcvs. Ergo ut illa diuina mens summa lex est, item, quom in homine est perfecta * * in mente sa-

nomina, Vicae Potae potius fingatur nomen uincendi atque potiundi, Statae standi, *in quibus duplicis genetiui ratio eadem fere est quae II* 2, 5 qua rei publicae nomen uniuersae ciuitatis est *et in proximis* cognomina Statoris et Inuicti Iouis *h. e.* cognomina Iouis quae sunt Stator et Inuictus; *et quod ex protasi auditur uerbum apodosis, habet exemplum de off. III* 30, 110 nam quod aiunt, quod ualde utile sit, id fieri honestum, immo uero esse, non fieri *scil.* aiant; *de orat. I* 60, 254 1 cognominaque *deteriores* cognomına quae *AB* inuicti Iouis *deteriores* ınuıcıı ıouıſ *B* ınuıтo ıouıſ *A Heinsianus* rerumquae *B* 3 quoniamque *R. Stephanus* qm̃quem (c) *B* quonıã|quom (cum) *A* rerũ (e *in rasura corr ex* u *ut uidetur*) *A* bonarum *Heinsianus* bonorum *AB* 4 ~~fortuna quae fit~~ fortuna quae ſıт|*B* (*sic*) fortunaquę ſıт| fortunaquę ſıт *A* fortunaque, quae est *Buechelerus, inutiliter ut puto; confer praeter uniuersam harum legum rationem uel* uirgines praesint *p.* 87, 13 5 huıuſ cae *B* huıuſce *Heinsianus* huıuſ *A, quem in ea re non recte sequuntur Halmius et Baiterus* 6 reſpıenſ (cı) *A* reſpıenſ (тı) *B* adopтem *B* adopem *sed* em *in rasura A* 7 ıncertı ca *in rasura A* prımı genıa magıgnendo cum eſтũ ferıarum *B* prımıgenıã agıgnendo comeſтum ferıarum (do c *in rasura*) *A* primigenia, a gignendo comes. tum feriarum *Turnebus, qui explicat 'quae nos a primo ortu comitatur.' Defectum orationis, quem plerique statuunt, nullum puto* 10 hab& lıтium *B Heinsianus* lıтıũ habeт *A* operũ (rũ *in rasura*) *A* 11 compoſıтıo *Heinsianus* conpoſıтıor *A* compoſıтıor *B* compositor *deteriores nonnulli, probatum cum Lambino ut dicitur tum Grutero* conferrae deb& & ꝑfectı onem *B* conferre deb& & ꝑ|fecтıonem (re deb& & ꝑ *in rasura*) *A* ad per-

ficiorum libamenta seruentur fetusque pecorum, quae dicta in lege sunt, diligenter habenda ratio intercalandi est; quod institutum perite a Numa posteriorum pontificum neglegentia dissolutum est. iam illud ex institutis pontificum et aruspicum non mutandum est, quibus hostiis immolandum quoique deo, cui maioribus, cui lactentibus, cui maribus, cui feminis. plures autem deorum omnium, singuli singulorum sacerdotes et respondendi iuris et confitendarum religionum facultatem adferunt. quomque Vesta quasi focum urbis, ut Graeco nomine est appellata, quod nos prope idem Graecum, *non* interpretatum nomen tenemus, conplexa sit, ei colendae uirgines praesint, ut aduigiletur facilius ad custodiam ignis, et sentiant mulieres in *illis*, naturam feminarum omnem castitatem pati.

---

fectionem *Heinsianus* ad quod tempus '*quidam*' *apud Turnebum* quod ad tempus *R. Klotzius* quod tempus *Rathius explicat* quod ad tempus attinet 1 libamenta *editiones* liberamte *B* libera* mente *sed* a *et ultimum* e *e corr A* liberamenta *Heinsianus, cf. p.* 76, 1 feruientur *B* 2 abenda *corr* ha *A* inter calendi *A* 3 annum a *B* pontificũ*egle|gentia *corr ex* pontificumegle|gentia *A* (*sic*) *Haec ante correctos a Caesare fastos scripta esse Mommsenus adnotat* (*Chronolog. p.* 42), *id quod ne Turnebum quidem fugit* 4 inftitutif (if *corr ex* ū *ut uidetur*) *A* 5 & arofpicū *B* &arufpicū *A in rasura* 6 oftif *A* quoiq; *B* quoque *A* 7 latentib; *B* 8 singuli *R. Stephanus, Turnebus* fingulif *AB* 9 confitendarū *AB* conficiendarum *deteriorum unus et alter, quod Schefferus ita probat, ut* conficere religiones *idem sit quod* sacra conficere, *et hoc quidem saepius legitur* (*ad fam. XIII* 11, 1; *pro Balbo* 24, 55), conficere religiones *non memini, sed fortasse non satis attendi;* profitendarum *conieceram olim, in eandemque notionem posse* confitendarum *accipi J. M. Gesnerus in Thesauro adnotauerat* regionū *B* 10 Cūque (Cū *in rasura*) *A* cūq; *B* greco *AB* 11 grecū *B* 12 non *add deteriorum pauci* complexa *Turnebus* confpexa *AB* 14 fenciant (c *corr in* t) *A* illis *addidi confer pro Marc.* 1, 3 intellectum est mihi in multis et maxume in me ipso mulieref innaturā *A* mulieref innatura (*fuit* rā) *B* mulieres naturam *Ascensiana*

Quod sequitur uero, non solum ad religionem perti- 30
net, sed etiam ad ciuitatis statum, ut sine iis, qui sa-
cris publice praesint, religioni priuatae satis facere non
possint; continet enim rem publicam consilio et aucto-
ritate optimatium semper populum indigere. descriptio-
que sacerdotum nullum iustae religionis genus prae-
termittit. nam sunt ad placandos deos alii constituti,
qui sacris praesint sollemnibus, ad interpretanda alii
praedicta uatium, neque multorum, ne esset infinitum,
neque ut ea ipsa, quae suscepta publice essent, quis-
quam extra conlegium nosset. maximum autem et prae- 31
stantissimum in re publica ius est augurum cum auc-
toritate coniunctum. neque uero hoc, quia sum ipse
augur, ita sentio, sed quia sic existimare nos est ne-
cesse. quid enim maius est, si de iure quaerimus,
quam posse a summis imperiis et summis potestatibus
comitiatus et concilia uel instituta dimittere uel ha-
bita rescindere? quid grauius quam rem susceptam

---

2 ſineıſ *A* ſine hıſ *B* 3 publıcae *AB* preſınτ *A* relıgıonem *B* relıgıone *corr* nı *A* 4 continet *deteriores* conτınenτ *AB* ·R·P· *AB et sic semper* aucτorıτaτem *B* aucτorıτaτe *A* 5 deſcrıpτıo quae *A* dıſſcrıpτıo quae *B confer ad III* 5, 12 *et* 20, 46 6 praetermittit *deteriores* premıττıτ *A* p̄mıττıτ *B* 7 adplıcandoſ *B* adplacandoſ (ac *corr ex* ıc) *A* 8 p̄ſunτ *B* ſolem ɴ ıb: *B* (*sic*) ad interpretanda alii praedicta uatium *deteriores* ad ınτerp̄τandā alıı p̄dıcandam alıı praedıcτa uaτıū *A* ad ınτ̃p̄τandum (*corr* am) alıı | p̄dıcandam alıı p̄dıcτa uacıum (*corr* τı) *B* 9 eſſeτ (τ *in rasura*) *A* 10 que *A* publıcae *B* ẽẽN̄T *sed* N̄T *e corr ut uidetur A* 11 collegıū *corr ex* conlegıū *A* preſτanτıſſımū *A* 12 ıuſ & *B* ıuſ eſτ *sed* ſτ *e corr A* cū | aucτorıτaτe *B* quom aucτorıτaτe *A*, *et* quom *saepe etiam praepositio scribitur in his libris* (*confer p.* 6, 2; 22, 4; 33, 7; 43, 3), *ut eam ob causam, et praeterea nulla est, tradita scriptura derelinqui non debuerit* 13 ıpſe *corr ex* ıpſo *B* 14 existimare nos *deteriores* exıſτımarı non *AB* 15 ıure (*fuit* ıure) *B* 16 posse a *deteriores* poſτea *AB* 17 comıcıaτuſ *corr* τı *B* habıτareſ cındere *B* habıτa - reſcındere (reſ *e corr*) *A* 18 quıτ *B*

dirimi, si unus augur 'alio *die*' dixerit? quid magnificentius quam posse decernere, ut magistratu se abdicent consules? quid religiosius quam cum populo, cum plebe agendi ius aut dare aut non dare, quid leges non iure rogatas tollere, ut Titiam decreto conlegi, ut Liuias consilio Philippi, consulis et auguris, nihil domi, nihil militiae per magistratus gestum sine eorum auctoritate posse cuiquam probari?

13 32 Atticvs. Age, iam ista uideo fateorque esse magna, set est in conlegio uestro inter Marcellum et Appium, optimos augures, magna dissensio, nam eorum ego in libros incidi, cum alteri placeat auspicia ista ad utilitatem esse rei publicae composita, alteri disciplina uestra quasi diuinaie uideantur posse: hac tu de re quaero quid sentias.

Marcvs. Egone? diuinationem, quam Graeci *μαντικήν* appellant, esse sentio et huius hanc ipsam partem, quae est in auibus ceterisque signis[que] disciplinae

---

1 dırımı*ſı (*fuit* dırımuſı) *B* die *addidit Turnebus coll. Philipp. II* 33, 83. 84 manıficentıuſ (g *superscr*) *A* 2 magistratu se abdicent *deteriores* magıſtratuſ|eadıcent *AB* 3 cōm populo *A* 4 audare (t *superscr*) *A* leges non iure rogatas tollere *R. Stephanus* (*quod extare in copiis Victorianis secundis Moserus testatur*) legeſ|non ıure rogata eſt tollere *A* legeſ (*sic*) non ıure rogata ē tollere *B* legem si non iure rogata est tollere *deteriores* 5 Titiam *Turnebus* etıā *AB* Liuias *Victorius* leuıaſ *B* leuıeſ *A* 6 consulis et auguris *R. Stephanus* conſuleſ et augureſ *AB* domnı *B* 7 militiae *R. Stephanus, Turnebus* famılıae *AB* geſtuſſınt eoꝝ auctorıtatē *AB* (*sic*), *corr in deterioribus ut uidetur* 8 cuı cuıquā *B* 9 magna ſet eſt *Heinsianus* magnaſ & ē *AB* 10 apıum *A* 11 obtımuſ *corr* moſ *A* optım (of *superscr*) *B* dıſſenſı (o *superscr*) *A* 12 cō̄ *A* alterı* (ſ *erasum*) *AB* placeat* auſpıcıa *A* 14 dıuınare uıdeantur *Heinsianus* dıuınarı uıdeantur *B* dıuınarı (rı *in rasura*) uıdeatur (n *pr superscr*) *A* ac tu (h *superscr*) *B* ac tu *A* 15 quıd *corr ut uidetur ex* quın *A* 16 grecı *B* mantıcen *AB* mantıcen|*** appellant (cen *a corr in margine, uidetur* mantı cen appellant *fuisse*) *A* 18 ın nauıb; *B* ceterıſquae ſıgnıſ quo|dıſc.

nostrae. si enim deos esse concedimus eorumque mente
mundum regi et eosdem hominum consulere generi et
posse nobis signa rerum futurarum ostendere, non uideo
cur esse diuinationem negem. sunt autem ea, quae 33
posui: ex quibus id, quod uolumus, efficitur et cogi-
tur. iam uero permultorum exemplorum et nostra est
plena res publica et omnia regna omnesque populi cun-
ctaeque gentes, augurum praedictis multa incredibiliter
uera cecidisse; neque enim Polyidi neque Melampodis
neque Mopsi neque Amphiarai neque Calchantis neque
Heleni tantum nomen fuisset, neque tot nationes id ad
hoc tempus retinuissent, ut Phrygum, Lycaonum, Ci-

(o *in* quo *in rasura; puto* quae *fuisse, A* ceterisq; signis qd disc. *B* *Scripturam quae est in A si recte interpretor, mera repetitione* que (*uel* quae) *particulae peccatum uidetur: certe nihil desiderari ad integritatem sententiae et orationis manifestum puto; hoc enim dicit: cum uniuerse esse diuinationem tum id genus diuinationis esse, quod in auibus ceterisque signis disciplinae auguralis* (*uelut tripudiis solistimis aut sonuiis; ad fam. VI* 6, 7) *positum sit* 1 si enim deos *Maduigius* (*Opp. II* 150) summos *corr ex* summus *AB* eorumquae *A* mente *deteriores* mentē *AB* 2 eosdem hominum *Dauisius* eorumdē hominū *A* eorūdem hominū *B* eorum numen hominum *Schoemannus Halmio et Baitero probauit, sed* eorundem *ex* eosdem *uicinia genetiui* hominum *procreauit et eandem orationis formam uide II* 7, 15 dominos esse omnium rerum ac moderatores deos eaque quae gerantur eorum geri iudicio ac numine eosdemque optime de genere hominum mereri. *de diuin. I* 51, 117 esse deos et eorum prouidentia mundum administrari eosdemque consulere rebus humanis 4 esse* (*fuit* esses) *B* negē* sunt (s *e corr*) *A, fuitne* negem̄ *h. e.* negemus? 7 omnisq; *corr* nesq; *B* omsque *A* 8 ex augurum *uir doctus in Miscell. Obs. III* 1 *p.* 68 multa *superscr B* 9 neque enim polideip *A* neq; ū poly'ideip· *B* Polyidi *Turnebus* melanpodis *AB* 10 mo*psi (*fuit* moipsi) *B* amphiara *corr* rai *A* chal|cantis *B* cal*chantis (l *corr*) *A* 11 helitantū (eni *uel* ani, *nam obscurum est, superscriptum*) *A* helennitan tū *B* 12 ut Phrygum *scripsi* adpary cum *B* apparigum *sed* p *prior in rasura corr A* (*errat Halmius*), Arabum Phrygum *Victorius, quam scripturam uulgatam nullam fidem habere ex Vossianis intelligitur, neque*

licum maximeque Pisidarum, nisi uetustas ea certa esse docuisset. nec uero Romulus noster auspicato urbem condidisset, neque Atti Naui nomen memoria floreret tam diu, nisi omnes hi multa ad ueritatem admirabilia dixissent. sed dubium non est quin haec disciplina et ars augurum euanuerit iam et uetustate et neglegentia: ita neque illi adsentior, qui hanc scientiam negat umquam in nostro collegio fuisse, neque illi, qui esse etiam nunc putat; quae mihi uidetur apud maiores fuisse duplex, ut ad rei publicae tempus non numquam, ad agendi consilium saepissime pertineret.

34 ATTICVS. Credo hercle ita esse istique rationi potissimum adsentior; sed redde cetera.

14 MARCVS. Reddam uero et id, si potero, breui: sequitur enim de iure belli; in quo et suscipiendo et gerendo et deponendo ius ut plurimum ualeret et fides eorumque ut publici interpretes essent, lege sanximus. iam de aruspicum religione, de expiationibus et procurationibus sat esse plane in ipsa lege dictum puto.

ATTICVS. Adsentior, quoniam omnis haec in reli-

---

magis Mommseni ratio, quam Halmius dicit, probatur lygaonū *A* lychaonū *B* 1 maximeq; (*fuit* meq;) *B* maxime quae *A* pyſidarum *AB* certa *deteriores* cerтe *A* cerтe *B* e& *h. e.* esset *corr in* ēē *h. e.* esse *AB* 3 condiſſ& *B* floreret (т *a corr add*) *A* 4 тandıu *A* nıſı (nı *in rasura*) *B* omnes hi *deteriores* oīſ ſı *AB* 6 agurum *A* neglenтıa *A* 7 assentior *deteriores* adſenтıo *AB conf. u.* 13 9 puтaт *corr ex* puтa *A* puтa q; *B* (*h. e.* puтaque *corr in* puтaт quae) 10 nonnumquam *A* n̄ numq *B* (*Halmius errat*) 11 ad agendi *Victorius* &agendı *AB* 12 ıſтıquae *A* 14 ıd ſı *corr Heinsianus* ıpſı (ıp *erasum*) *B* **ſı (*fuit* ıpſı) *A* 16 eт fıdeſ *Heinsianus* uт fıdeſ *AB* 17 eorumque *Maduigius* (*Opp. II* 149) forumque *AB* horumque *olim uulgabatur* ēēNT (NT *e corr*) *A* lege ſanxımuſ (*fuit* legeſ) *A* 18 arupiſcum *A* relegione *B* regıone *A* pcubaтıonıb; *B* 19 sat esse plane *Hauptius* ſaтıſ ſe ıllane *B* ſaтıſſe ıllane (ſupraque) *A* ıpſa *corr ex* ılla *A* 20 haec *deteriores* hac *AB*

gione uersatur oratio.

MARCVS. At uero quod sequitur quo modo aut tu adsentiare *aut* ego reprehendam sane quaero, Tite.

ATTICVS. Quid tandem id est? 35

MARCVS. De nocturnis sacrificiis mulierum.

ATTICVS. Ego uero adsentior, excepto praesertim in ipsa lege sollemni sacrificio ac publico.

MARCVS. Quid ergo aget Iacchus Eumolpidaeque nostri et augusta illa mysteria, si quidem sacra nocturna tollimus? non enim populo Romano, sed omnibus bonis firmisque populis leges damus.

ATTICVS. Excipis, credo, illa, quibus ipsi initiati 36 sumus.

MARCVS. Ego uero excipiam: nam mihi cum multa eximia diuinaque uidentur Athenae tuae peperisse atque in uitam hominum attulisse, tum nihil melius illis mysteriis, quibus ex agresti immanique uita exculti ad humanitatem et mitigati sumus, initiaque ut appellantur, ita re uera principia uitae cognouimus; neque solum cum laetitia uiuendi rationem accepimus, sed etiam cum spe meliore moriendi. quid autem mihi displiceat in nocturnis, poëtae indicant comici; qua licentia Romae

---

2 a$^{\tau}$d *AB* quod *deteriores* quoque (quoq;) *AB* 3 assentiare aut *editiones* adſentire *omisso* aut *AB* quero *A* 6 excepto *Turnebus, R. Stephanus* expectato *AB* preſertim *AB* 7 inpſa *B* ſolemni *AB* ſacraficio *corr* ſacri *A* ſacrifitio *corr* ci *B* 8 eumolpidaeque *Heinsianus* *eumolphideque *A* eū olphy deq; *B* 9 a^{v}ngusta *B* ſi quidem *corr Heinsianus* id quidē *B* *idquidem (ſ *erasum*) *A* 12 iniciati *B* (ci *corr in* ti) *A* 15 eximia adiuinaq; *B* uideantur *deteriores nonnulli* atthenae tuae *B* athenæ tue* (æ *corr,* t *in rasura*) *A* 16 uitam *deteriores, Lambinus* uita *AB* attu*liſſe (*fuit* ll) *A* a$^{\tau}$dtuliſſe *B* 17 miſteriiſ *A* 18 & mitigati *corr in* emitigati *AB* iniciaque *A* a^{p}pellantur *A* 21 meliore (ore *in rasura*) *A* quid *editiones* qui *AB* 22 in nocturnis *R. Stephanus* innocenteſ *AB*; *error natus uidetur ex scriptura* innocẗniſ comici (ci

data quidnam egisset ille, qui in sacrificium cogitatam libidinem intulit, quo ne inprudentiam quidem oculorum adici fas fuit?

Atticvs. Tu uero istam Romae legem rogato: nobis nostras ne ademeris.

15 37 Marcvs. Ad nostra igitur reuertor: quibus profecto diligentissime sanciendum est, ut mulierum famam multorum oculis lux clara custodiat, initienturque eo ritu Cereri quo Romae initiantur; quo in genere seueritatem maiorum senatus uetus auctoritas de Bacchanalibus et consulum exercitu adhibito quaestio animaduersio*que* declarat. atque omnia nocturna, ne nos duriores forte uideamur, in media Graecia Diagondas Thebanus lege perpetua sustulit; nouos uero deos et in his colendis nocturnas peruigilationes sic Aristophanes, facetissumus poëta ueteris comoediae, uexat, ut aput eum Sabazius et quidam alii dei peregrini iudicati e ciuitate eiciantur.

---

in rasura) *A* 1 ıllı *corr* ılle *A* quı^IN *A* 3 adici fas *ex deterioribus uulgatur* adıcıaſ *A B* 4 romæ* (æ *corr ex* a) *A* rogato *editiones* rogatıo *A B* 6 noſtraſ *ex deterioribus nonnullis Goerenzius* pfecto *B* 7 dılıgentıſſımae *B* ſanctıendum *B* 8 dara *B* (*uidetur in A quoque* dara *esse*) ınıcıentur que *A* corıtu *corr* eo *A B* 9 ını|cıantur *A* quo* ın (*fuit* quod) *A* 10 ſanatuſ *B* uetus *editiones* ueıuſ *B* uejuſ (*sed* j *e corr*) *A* bachanalıb; *B* 11 adıbıto *B* adhıbıtu *A sed* u *corr in* o *uel* a anımaduerſıo *A B* animaduersioque *editiones omnes praeter nouissimam Baiteri, quem sane miror propter desideratam particulam* que *potuisse uocabulum* animaduersio *et aptissimum et paene necessarium obelo notare* 13 graetıa *B* 14 perpetuä *A* 16 facetıſ ſumuſ tıſſ *B* faceımuſ *A* po&aſ (ſ *erasum*) *B* poeta* *A* cūmae|dıę *corr* comoe *B* comę*dae (o *et* ę *corr*) *A* uexat *B* (*sic*) ue|xat *in rasura A* 17 uıta puteum *B* apud *A* Sabazius *Victorius* ſabaeıuſ *A B* quıdem *B* dii peregrini *C. Stephanus* deperegrını *A* deperegrını *B* 18 ıu|dıcat ſe cıuıtatę eıcıantur *B* ıudıcatı e cıuıtate eıcıant (*praeter* ıudıcat *in rasura*) *A*

Publicus autem sacerdos inprudentiam consilio expiatam metu liberet, audaciam inet inmitendas religionibus foedas damnet atque impiam iudicet.

Iam ludi publici quoniam sunt cauea circoque di- 38
uisis, corporum certatione cursu et pugillatu et luctatione curriculisque equorum usque ad certam uictoriam circo constitutis, cauea cantu uideat fidibus et tibiis, dum modo ea moderata sint, ut lege praescribitur. adsentior enim Platoni nihil tam facile in animos teneros

---

2 audaтıamınет ınmıтendaſ relıgıonıbuſ foedaſ *A* audacıāın& ınmıттendıſ|relıgıonıb: foedaſ *B* audaciam in admittendis religionibus foedis *ex deterioribus uulgatur, quod mihi quidem uanum esse uidetur; in Vossianorum scriptura suspicor tale quid delitescere:* audaciam ruentem in licentias religionibus foedas, *quamquam* ruentem (*h. e.* ruētē) *longius quam uellem a codicum scriptura* ıneт *discedit* 3 damn&|aтq· (n& *in rasura*, aтq· *in margine uersui appictum*) *A* 4 diuisis *scripsi* dıuıſı·ſınт *B* dıuıſı·ſıNT (ı·ſıNT *in rasura*) *A* 5 certatione *uir doctus in Misc. Obss. IV* 3 *p.* 334 cerтaтıoneſ *AB* pugillatu et luctatione *scripsi* pugılla^{тıo} ueluctaтıone (тıo *a corr superscriptum et* ue *corr in* ne) *AB* (*sic*), *unde unum* pugillatione *effecit Halmius, non recte: nam tria sunt genera corporum certationis, quae Graeci dicunt* δρόμον, πυκτικήν, παλαιστικήν: *cf. Dionysius Halic. VII* 73 *p.* 1499 οἱ τοῖς ἑαυτῶν σώμασιν ἀγωνιζόμενοι τότ' εἰσῄεσαν, δρομεῖς τε καὶ πύκται καὶ παλαισταί. *Aristot. Rhet. I* 5, 1361 *b* 24. *Plaut. Bacch.* (*III* 3, 24) 428 *R.* cursu, luctando, hasta, disco, pugilatu (pugillatu *libri*), pila, Saliendo sese exercebant 6 cu^{r}rıculıſque *A* aequorum *B* 7 ca^{N}rтu *B* uıce a^{c}d *B* uıce|ac *sed* c *ultima in rasura A* uıceaт *Heinsianus, unde* uideat *effeci, ut* cauea *non de loco sed de spectatoribus intelligatur: certe nihili esse quod uulgatur* uoce ac, *uidetur ipsa lex ad quam haec pertinent ostendere; et uerbum quidem desiderari forma orationis persuadet, si quidem ablatiuum absolutum, qui dempta una littera integer exit, codicum scriptura manifesto prodit, et sic demum et recte subiiciuntur ad solam musicam pertinentia* dum modo ea *cet. et legem legisque explanationem satis inter se concinere apparet* fıdelıbus *corr* fıdıbuſ *B* тybı^{ıſ} (b *corr ex* p) *A* 8 dūm modo *A* mudera^{тa} (mu *corr in* mo) *A* lege (g *in rasura*) *B* 9 facılı (*sic*) *superscriptum A* ∗тene∗|roſ (e *in fine uersus corr*) *A*

atque molles influere quam uarios canendi sonos, quorum dici uix potest quanta sit uis in utramque partem: namque et incitat languentes et languefacit excitatos et tum remittit animos, tum contrahit, ciuitatumque hoc multarum in Graecia interfuit, antiquom uocum conseruare modum; quarum mores lapsi ad *mollitiam* mollitis pariter sunt inmutati cum cantibus, aut hac dulcedine corruptelaque deprauati, ut quidam putant, aut, cum seueritas eorum ob alia uitia cecidisset, tum fuit in auribus animisque mutatis etiam huic mutationi
39 locus. quam ob rem ille quidem sapientissimus Graeciae uir longeque doctissimus ualde hanc labem ueretur; negat enim mutari posse musicas leges sine mutatione legum publicarum. ego autem nec tam ualde id timendum nec plane contemnendum puto. illud quidem *uideo*, quae solebant quondam conpleri seueritate iucunda Liuianis et Naeuianis modis, nunc ut eadem

---

1 mo[l]lef *B* ın[l]fuere *A* *Nonius* 347, 9 molle, dulce, iucundum ... M. Tullius de Legibus lib. II: in animos teneros atque mollis influere, quam uarios canendi somnos 2 dı[c]ı *A* uıſı nutrāq; *corr* uıſ* ȷnutrāq; *B* 3 languefacıt (l *corr*) *A* excıta|tatoſ *B* 4 tū rem. (t *e corr*) *AB* eum *Heinsianus* cıuıtatū|quae *A* cıcıuıtatū quae *B* 5 multoȝ *corr* aȝ *B* grętıa *A* gretıa *B* antıquom *A* antıquū *B* **uocū *in rasura A* 6 conſerua[re] modū *AB* (conſerua *etiam Heinsianus*) conseruari *Bakius, quod cur illi, quod uulgatur, praeferam, nescio* lapſı *corr ex* lauſı *B* ad ⟨mollitiam⟩ mollitis *scripsi* ad mollı[a]tıſ *B* ad mollıtıſ *Heinsianus* ad|mollıtıaſ* (ıaſ *corr*) *A* 7 ınmutatı *B* ımmutatı *A* 8 corruptela quae *A* 9 corum *corr* eorum *A* quo[e]ȝ *B* uıcıa *B* tum *corr ex* cum *A* 10 mutatıſ (ıſ *corr ex* oſ) *A* 12 doctı[f]ſımuſ *A* 13 maturı *corr* mutarı *A* poſſem uſıcaſ *corr* poſſe* muſıcaſ *B* legeſ ſıne *corr ex* leceſſem *A* mutatıone* le*gum (g *ex* c *corr ut uidetur*) *A* 14 publıcarum (u *extrema corr*) *A* 15 ıd *A* hıc *corr in* ıd *B* contempnendum *B* 16 uideo *addidi* quon*dā (*fuit* quomdā) *A* ſeueritatem *A* 17 ıucunda (u *prior in rasura corr*) *A* neuıanı[ı]ſ *B* neuıanſ *A* nunc ut eadem exultent, ceruices *de-*

exultent et ceruices oculosque pariter cum modorum flexionibus torqueant. grauiter olim ista uindicabat uetus illa Graecia, longe prouidens quam sensim pernicies inlapsa ciuium animos malis studiis malisque doctrinis repente totas ciuitates euerteret, si quidem illa seuera Lacedaemo neruos iussit, quo plures quam septem haberet, in Timothei fidibus incidi.

Deinceps in lege est, ut de ritibus patriis colantur 16 40
optumi: de quo cum consulerent Athenienses Apollinem Pythium, quas potissimum religiones tenerent, oraclum editum est 'eas quae essent in more maiorum.' quo cum iterum uenissent maiorumque morem dixissent saepe esse mutatum quaesissentque, quem morem potissimum sequerentur e uariis, respondit 'optumum.' et profecto ita est, ut id habendum sit antiquissimum et deo proximum, quod sit optumum.

Stipem sustulimus nisi eam, quam ad paucos dies pro-

---

teriores nonnulli, Victorius nunc тuтe adem exulт& ceruıceſ *A* nuncтuтe ademe exulт& ceruıceſ *B*   1 et *ante* ceruices *add Halmius*   oculoſquae *A*   2 fluxıonıbus *corr* flex *A*   тor queanт *B* тorque∗anт *A*   3 greтıa *B*   ſenſiṇ (m) *B*   4 in ciuium *Lambinus*, ciuium in *Goerenzius, confer Maduigium Emend. p.* 74   malı∗ſ (*fuit* maluſ) *A*   6 lacedemo *corr* dẹ *A*   quo *AB*, *uindicauit Maduigius Emend. p.* 74, quos *Dauisius*   7 incidi *Manutius* ındı *A in rasura, B*   8 ın lıge ē uт derıтıb; *corr* lege *et* dırıтıb; (*sic*) *B* ınlıge eſт uт de rıтıbuſ (lege *corr*, eſт uт de r *in rasura*) *A*   parıſ (т) *B* paтrıſ (ı) *A*   9 opтū|mı *corr* opтu ma *B* opтumı *corr* ma *A*   *Confer II* 9, 22 Ex patriis ritibus optuma colunto   de quo cūque *A* de quocumq; *B*   apolınem (ı) phyтıum *B*   10 relegıoneſ *A* relegıoneſ (ı) *B*   тenereN (N *in rasura*) *A*   oraculū *B*   11 eſſenтımo|re (N) *B*   ın∗more (*fuit* ım) *A*   12 morū *corr* morē *B* morem (re *e corr*) *A*   14 ſequerenтu|re uarıſ *corr in* ſequerenтur|∗e uarıſ *A*   15 et deo *deteriores* &eo *AB*   16 opтumum (opтumū) *AB* (*sic*)   17 ad paucos *deteriores et editiones* apud paucoſ *B* apuт (*corr* apud) paucoſ *A* proprıa m eae (ıd) (*sic*) *B* proprıa meae *corr* proprıā ȷdeae *A*

priam Idaeae Matris excepimus; implet enim superstitione animos et exhaurit domus.

Sacrilego poena est, neque ei soli, qui sacrum abs-
41 tulerit, sed etiam ei, qui sacro commendatum; quod et nunc multis fit in fanis, *et* Alexander in Cilicia deposuisse apud Solensis in delubro pecuniam dicitur et Atheniensis Clisthenes Iunoni Samiae, ciuis egregius, quom rebus timeret suis, filiarum dotis credidisse.

Iam de periuriis, de incesto nihil sane hoc quidem loco disputandum est.

Donis impii ne placare audeant deos, Platonem audiant, qui uetat dubitare, qua sit mente futurus deus, quom uir nemo bonus ab inprobo se donari uelit.

Diligentiam uotorum satis in lege dictum est * * ac

---

1 ſupſticione *A* 2 animoſ & exha *in rasura A* domuſ *A* domoſ *B* *Seruius in Verg. Aen. VI* 611 Cicero ait in libris legum: S t i p e m p r o h i b e o, n a m a u g e t s u p e r s t i t i o n e m e t e x h a u r i t d o m o s. dignis igitur largiendum est. *haec postrema* dignis igitur largiendum est *Seruii, non Ciceronis esse, totius adnotationis tenor declarat* 4 sacro *deteriores* ſacrum *AB* 5 et *addidit Maduigius Emend. p.* 75 depoſuiſſ& *AB, sed in A per rasuram mutatum in* depoſuiſſe 6 Solenses *Vrsinus* ſoleſit *B* ſolēſit *A* (¯ *super* e *a corr add*) ethathinienſiſ clitenеſ *B* 7 cliſteneſ *A* iunoniſ amiæ (æ *corr ex* a) *B* iunoni ſamię (ſ *corr*) *A* cjujſ egregiiſ (cjujſ *corr ex* cuuſ *ut uidetur*) *B* 8 quo (c m *supra*) *B* cum *A* * fuiſ (fu *in rasura*) *A* do * tiſ (*corr* teſ, *fuit* doctiſ) *A* dotiſ *corr* doteſ *B* credidisse. Iam *Maduigius Opp. II* 150 credidit; ſed iā *A* credidit ſede iā (*corr* ſed & iā, *dein* & *deletum*) *B* 9 per * * iuriiſ (er *corr*) *A* 11 placere *corr* placare *A* plato * nem (o *corr*) *A* 12 uetant *AB* 13 quo (c m *supra*) *B* cū uir nemo *in rasura A* improbo *A* inꝑbo *B*

Plato de legibus IV 716 *E* ἀκάθαρτος γὰρ τὴν ψυχὴν ὅ γε κακός, καθαρὸς δὲ ὁ ἐναντίος· παρὰ δὲ μιαροῦ δῶρα οὔτ᾽ ἄνδρα ἀγαθὸν οὔτε θεὸν ἔστι ποτὲ τό γε ὀρθὸν δέχεσθαι. μάτην οὖν περὶ θεοὺς ὁ πολύς ἐστι πόνος τοῖς ἀνοσίοις κτλ. 13 14 uelit * * diligentiā *sed* it *in fine uersus e corr A; fuit* uel it dil. *ut appareat haec nihil pertinere ad* diligentiam *neque eis uti licere ad hanc uocem emendandam. Defectum orationis significaui, quam integram talem fere fuisse*

uotis sponsio, qua obligamur deo. poena uero uiolatae religionis iustam recusationem non habet. quid ego hic sceleratorum utar exemplis, quorum plenae tragoediae? quae ante oculos sunt, ea potius adtingam. etsi haec commemoratio uereor ne supra hominis fortunam esse uideatur, tamen, quoniam sermo mihi est apud uos, nihil reticebo uolamque hoc, quod loquar, diis immortalibus gratum potius uideri quam graue. omnia tum 17 42 perditorum ciuium scelere discessu meo religionum iura polluta sunt, uexati nostri Lares familiares, in eorum sedibus exaedificatum templum Licentiae, pulsus a delubris is, qui illa seruarat: circumspicite celeriter animo,

---

suspicor diligentiam uotorum satis in lege dictum est ⟨seruari oportere: grauissima enim ex omnibus promissis est⟩ ac uotis sponsio qua obligamur deo (*cf.* uoto et promisso *ad Att. XII* 18, 1) 1 uc-tıſ *AB* qua (*fuit* quā) *B* uıolaтe *A* uıolaтa *B* 2 quıd ergo *B* 3 pla&racoedıe *A* plac&racoe|dıae *B* sunt plenae tragoediae *Ascensiana* plenae tragoediae *Victorius* 4 queae *A* pocıuſ *B* adтıngam *corr* adтıngant *A* aттıngant *B* 5 commemeraтıo *A* uereor (eo *e corr*) *A* homıneſ *corr* nıſ *AB* 6 uıdeant̄ *B* uos *Aemarus Ranconetus apud Turnebum* eoſ *AB* 7 r&ı-cebo∗∗‖uolamque (uo *a corr add extra uersum*) *A* uolāquae *B* ınmorтaleſ *corr* lıb; *B* 8 graue hominibus. Cum perditorum — — 12 seruarat, circumspicite *Maduigius Opp. II* 151, *quae uera esse, equidem mihi persuadere non potui, qui primum* omnia religionum iura *nolim mutari* (*conf. de eadem re pro Sestio* 26, 56 legem, quae omnia iura religionum . . . deleuit), *deinde apte opponi putem* diis gratum potius quam graue, *si quidem ei uerendum erat, ne nimiae sui laudes, quibus deinceps utitur, non tam gratae diis quam iisdem graues et molestae* (ἐπαχθεῖς) *uiderentur; porro* tum *et explicatur quodam modo additis* discessu meo (*conf. in Pison.* 9, 21 itaque discessu tum meo) *et habet etiam in praemissis quo referatur, quibus meo quidem sensu satis significatum est, de quibus et rebus et temporibus dicturus sit: denique fallor aut* circumspicite *quod* ἀσυνδέτως *adiungitur et rei et sententiae uel maxime conueniens est* 9 dıſceſſum eorū legıonū *B* dıſceſſumeo relegıonum *sed* re *in rasura A* 10 uexaт ın̄r̄ı *B* famılıarıſ *corr* reſ *B* 11 exedıficaтum *A* exadıficaтum *B* puſuſ *AB* 12 ıſ (ſ *e corr*) *A* cırcumſpı|cıтe∗ celerıтer (тe *prius corr ex* ce) *A*

nihil enim attinet quemquam nominari, qui sint rerum exitus consecuti: nos, qui illam custodem urbis omnibus ereptis nostris rebus ac perditis uiolari ab impiis passi non sumus eamque ex nostra domo in ipsius patris domum detulimus, iudicia senatus, Italiae, gentium denique omnium conseruatae patriae consecuti sumus; quo quid accidere potuit homini praeclarius? quorum scelere religiones tum prostratae adflictaeque sunt, partim ex illis distracti ac dissipati iacent, qui uero ex iis et horum scelerum principes fuerant et praeter ceteros in omni religione inpii, non solum uita -- cruciati atque dedecore, uerum etiam sepultura et iustis exequiarum caruerunt.

43 Qvintvs. Equidem ista agnosco, frater, et meritas dis gratias ago, sed nimis saepe secus aliquanto uidemus euadere.

Marcvs. Non enim, Quinte, recte existimamus, quae poena diuina sit, sed opinionibus uulgi rapimur in errorem nec uera cernimus. morte aut dolore cor-

---

cırcūſpıcıт eccelerıтer *corr* cırcūſpıcıтhęcceleriтer *B* 4 eamque *editiones* eam quı *A B* 5 ſenaтuſ (ſ *ultimum e corr*) *A* ıтa alıae *B* 7 quo * *A* accedere *B* preclarıuſ *A* quorum scelere *R. Stephanus* quoſſcelere *B* quoſcelere *A* 8 poſтraтę *A* ꝓſтraтe *B* 9 distracti ac dissipati *R. Stephanus* dıſтracтę ad dıſſıpaтę (ad *per rasuram mutatum in* ac) *A* dıſтracтae ac dıſputaтae *sed corr* dıſſıpaтae *B* quı * (*fuit* quıd) *A* quıḍ *B* ex ııſ *Heinsianus* ex hıſ & horū *B* ex hıſ&oꝝ (h *supra*) *A* 10 fueranт *corr in* fuerunт *A* 11 relıgıone *corr* nı *A* ınpıı *A* ımpıı *B*

uıтa crucıaтı *AB*; *orationis formam hanc fuisse puto:* non solum uita ⟨excesserunt conscientia⟩ cruciati atque dedecore, uerum etiam sepultura . . caruerunt 12 uerum (uer *in rasura*) *A* exſequıarum *B* exſequıarum *sed* ſ *erasa A* 13 caruerunt *deteriores* caruere; equıdem *sed* ere; e *in rasura A* carū·тe·quıdem *corr in* caru·тe·quıdem (er, e *supra*) *B*; *apparet* caruerunт *casu in* carunт *abiisse, inde nata menda* 16 euader& *per rasuram mutatum in* euadere *AB* 17 quıncтe *B* quın*тe *A* 18 sed *Victorius* (*Cop. a*) *ad marginem editionis suae ex uno libro adnotauit, ex alio* et, *quod habet C. Stephanus;* nec *AB* opınıbuſ (nio *supra*) *A* uulgı (ı *in ras*) *A*

poris aut luctu animi aut offensione iudicii hominum
miserias ponderamus, quae fateor humana esse et multis
bonis uiris accidisse: sceleris est poena tristis et praeter
eos euentus, qui secuntur, per se ipsa maxima est.
uidimus eos, qui, nisi odissent patriam, numquam ini-
mici nobis fuissent, ardentis tum cupiditate, tum metu,
tum conscientia, *quid*quid agerent, modo timentis, ui-
cissim contemnentis religiones, iudicia, perrupta ab is-
dem corruptela hominum, non deorum. reprimam iam, 14
et non insequar longius, eoque minus, quo plus poe-
narum habeo quam petiui; tantum ponam breui, du-
plicem poenam esse diuinam, quod const[ar]et ex ue-
xandis uiuorum animis et ea fama mortuorum, ut eorum
exitium et iudicio uiuorum et gaudio conprobetur.

Agri autem ne consecrentur, Platoni prorsus adsen- 18 45
tior, qui, si modo interpretari potuero, his fere uerbis

---

3 accedisse *corr* accid *B* est] est *A* & *B sed* s *superscriptum deinde erasum* preter *A* 5 nisi *in rasura A* nisi *ex* insidi *corr Heinsianus* 6 ardentis *corr* tes *A* ardentis ~~tu~~ in *B* cupidita~~te~~tum *A* 7 quidquid *Lambinus* quid *AB* agerentes *A* agerentes *B* timentis · · contēpnentes *AB* 8 religionis *corr* es *A* iuditia *A* ab (a *e corr*) *A* 9 corruptela *Turnebus* corrupta *AB* (*cf. Parad. VI* 2, 46 corruptelam iudicii molientes. *De sententia uide pro Milone* 31, 86) iam et non] iam me nec *R. Stephanus* iam me et non *Turnebus* iam me, non *Maduigius Opp. II* 153 10 minis *A* 11 petiui *editiones* petiuit *AB* ponam erui *Turnebus* ponam breui *Lambinus* paenā merebi (pae *corr ex* poe) *B* poenā * * erebi (‾ *super* a *a corr add*, er *in rasura*, b *ex* u *corr*) *A* 12 poenam (paenā *B*) esse *AB* esse poenam *Halmius et Baiterus inuiti ut uidetur* constet ex *Goerenzius* 1796 constar& ex *AB* constat et ex *deteriores nonnulli* diuinam eamque constare et ex *Maduigius iusto audacius, ut mihi uidetur. Confer Tusc. V* 15, 43 cum duplex ratio perturbationis sit, quod aegritudo . . . uersetur 13 ea] ex *Lambinus* 14 exiciū *B* iudicio *deteriores* iuditiorum *AB* et] ut *B* 15 consecrantur *B* consecrentur (secren *in rasura*) *A* platonis *B* prosus *A* prorsus *B* 16 interpretari *A* ferre *B* fe * re *A*

utitur: 'terra igitur, ut focus domiciliorum, sacra deorum omnium est; quocirca ne quis iterum idem consecrato. aurum autem et argentum in urbibus et priuatim et in fanis inuidiosa res est. tum ebur ex inani corpore extractum haud satis castum donum deo. iam aes atque ferrum duelli instrumenta, non fani. ligneum autem quod qui uoluerit uno e ligno dicato, itemque lapideum, in delubris communibus, textile ne operosius quam mulieris opus menstruum. color autem albus praecipue decorus deo est cum in cetero, tum maxime in textili, tincta uero absint nisi a bellicis insignibus. diuinissima autem dona aues et formae ab uno pictore uno absolutae die; itemque cetera huius exempli dona

---

1 utitur (utit̃) *sed* t *altera in rasura AB* utimur *Heinsianus* domicilĭorum *A* domicilium rũ *per rasuram mutatum in* domicilium *B* ſacrũ *B* ſacrõ *A* domiciliorum, sacra *Turnebus* 3 autẽ* (tẽ *e corr*) *A* 4 ebur *corr ex* emur *A, in cuius margine antiqua manu* ebur *scriptum est* tumemor (b *superscr.*) *B* 5 exſtractũ *B* aut *corr* haud *AB* deo] dõ *B* 6 duelli instrumenta *deteriores* duelliſ tu(ta)m̃ta *B* duelliſ* tu(ta)menta (ſ *e corr*) *A* ñ infani *B* ligneum *deteriores* lignũ *AB* 7 quod qui *Turnebus* quod quis *Lambinus, Maduigius de fin.* 832 quodque *AB* dedicato *Victorius* dicato *Halmius* cato *AB* 8 dilubris *A* 9 quã *superscriptum manu antiqua A* 10 praecipuae *B* p̄cipue *A* decorus] decolor autẽ albuſ p̄cipue decoruſ *A* cetero *B* ceterũ *corr* cetero *A* ceterum *Heinsianus* ceteris *deteriores* maximae *B* 12 aues *Victorius* habenſ *AB* 13 abſolutae *B* abſoluto *corr* abſoluta *A* dona sunto *editiones* dona ſunt *A* dona ĩ *B* *Plato Leg. XII* 955 *E* γῆ μὲν οὖν ἑστία τε οἰκήσεως ἱερὰ πᾶσι πάντων θεῶν· μηδεὶς οὖν δευτέρως ἱερὰ καθιερούτω θεοῖς· χρυσὸς δὲ καὶ ἄργυρος ἐν ἄλλαις πόλεσιν ἰδίᾳ τε καὶ ἐν ἱεροῖς ἐστιν ἐπίφθονον κτῆμα, ἐλέφας δὲ ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος οὐκ εὐχερὲς ἀνάθημα, σίδηρος δὲ καὶ χαλκὸς πολέμων ὄργανα. ξύλου δὲ μονόξυλον ὅ τι ἂν ἐθέλῃ τις ἀνατιθέτω, καὶ λίθου ὡσαύτως, πρὸς τὰ κοινὰ ἱερά, ὑφὴν δὲ μὴ πλέον ἔργον γυναικὸς μιᾶς ἔμμηνον. χρώματα δὲ λευκὰ πρέποντ' ἂν θεοῖς εἴη καὶ ἄλλοθι καὶ ἐν ὑφῇ, βάμματα δὲ μὴ προσφέρειν ἀλλ' ἢ πρὸς τὰ πολέμου κοσμήματα. θειότατα δὲ δῶρα ὄρνιθές τε καὶ ἀγάλματα, ὅσαπερ ἂν ἐν μιᾷ ζωγράφος ἡμέρᾳ εἷς ἀποτελῇ· καὶ τἆλλα ἔστω κατὰ τὰ τοιαῦτα ἀναθήματα μεμιμημένα

sunto.' haec illi placent. sed ego cetera non tam restricte praefinio, uel hominum uitiis uel subsidiis temporum uictus: terrae cultum segniorem suspicor fore, si ad eam utendam ferroque subigendam superstitionis aliquid accesserit.

ATTICVS. Habeo ista: nunc de sacris perpetuis et de Manium iure restat.

MARCVS. O miram memoriam, Pomponi, tuam. at mihi ista exciderant.

ATTICVS. Ita credo, sed tamen hoc magis eas res 46
et memini et expecto, quod et ad pontificium ius et ad ciuile pertinent.

MARCVS. Vero, et a peritissimis sunt istis de rebus et responsa et scripta multa, et ego in hoc omni sermone nostro, quod ad cumque legis genus me disputatio nostra deduxerit, tractabo quoad potero eius ipsius generis ius ciuile nostrum, sed ita, locus ut ipse notus sit, ex quo ducatur quaeque pars iuris, ut non difficile sit, qui modo ingenio possit moueri, quaecumque noua

---

1 illi *deteriores* ılla *AB* retrictae *B* r&rictae *A* 2 prae nıo *B* uıcjıſ (j *e corr*) *B* insidiis *Maduigius Opp. II* 153 'temporum subsidiis: *cum harum rerum hodie maior copia suppetat maiorque pecuniae uis quam aetate Platonis, ut facilior sit comparatio.*' *Turnebus* 3 ſignıorım *corr* ſegnıorem *A* ſignıorū *corr* ſegnıorū *B* foreſı (eſ *e corr*) *B* 4 ad eam utendam *deteriores*, *Dauisius* ad eam τuendā *B* adēaτuendam (a *post* ē *a corr add*; *fuit* adē *i. e.* adeſτ τuendam *A* feroq: *B* subigendam *Manutius*, *Lambinus* ſubıcıendam *AB* 6 ſacrı *A* 8 ad *B* 9 excıderanτ *sed* cı *erasa B* 11 et expecto *editiones* & ſpecτo *AB* ponτıficum *A* 12 perτı nenτ n *prior e corr A* 13 a peritissimis sunt *Maduigius* aperτıſſımı ſunτ *B* apτıſſıma ſunτ *sed* a *altera e corr A* 14 & multa *B* 15 legis genus *editiones* legımuſ genuſ *A* legım genuſ *B*

18 quaeque pars iuris *Aemarus Ranconetus apud Turnebum* quaeque∗arſ∗ıurıſ *sed* ſ *prior e corr*, *fuit*, *quantum e uestigiis sat certo dispicere uideor*, quaeque rar ſııurıſ *A* q; querar ſiurıſ *Heinsianus* quae q; arſ∗jurıſ *corr ex* quae q; arſıuırıſ *B*

19 qui modo *Turnebus* quı domo *AB* poſſıτ mouerı *AB* sit

19 causa consultatione acciderit, eius tenere ius, quom scias
47 a quo sit capite repetendum. sed iuris consulti, siue erroris obiciundi causa, quo plura et difficiliora scire uideantur, siue, quod similius ueri est, ignoratione docendi, nam non solum scire aliquid artis est, sed quaedam ars etiam docendi, saepe, quod positum est in una cognitione, id *in* infinitam dispertiuntur: uelut in hoc ipso genere, quam magnum illud Scaeuolae faciunt, pontifices ambo et eidem iuris peritissimi. 'saepe' inquit Publi filius 'ex patre audiui pontificem bonum neminem esse nisi qui ius ciuile cognosset.' totumne? quid ita? quid enim ad pontificem de iure parietum aut aquarum aut ullo omnino nisi eo, quod cum reli-

---

mediocri *Dauisius Halmio et Baitero probatum, sed illud h. e.* qui non plane tardo sit ingenio) *uerius, quo utitur ipse Dauisius ad Acad. I* 10 *extr.* quaecunque *editiones* quacumque *AB* 1 confol atıoue *B* accederıт *B* quom *A* cũ *B* ſcıaſ *corr ex* ſnaſ *A In* scias, *cuius loco nonnulli* sciat *poni uoluerunt, ne quis haereat, conf. de off. II* 11, 39 omnis ratio atque institutio uitae adiumenta hominum desiderat inprimisque ut h a b e a t, quibuscum possit familiares conferre sermones: quod est difficile, nisi speciem prae te boni uiri f e r a s; *ibid. II* 14, 50 duri hominis uidetur periculum capitis inferre multis: id cum periculosum i p s i est tum etiam sordidum ad famam committere ut accusator n o m i n e r e 2 capıтe**|repeтendum (re *a corr add*) *A* iurisconsulti *R. Stephanus* ıurıſ conſulтuſ *AB* 4 ıgnoraтıon˜ *AB sed ˜ erasum in B* 5 nā *in rasura A* 6 est etiam *Lambinus* 7 cognoтıone *A* id in infinita (infinitam *Halmius*) *editiones* ıd ınfınıтa* *A* |ınfınıтa, *om* id, *B* uelunт *B* 8 ho *A* quem *B* qũa *A* ſceuole *B* facıunт (cı *corr*) *A* 9 iidem *editiones* fıdē (fıdem) *AB* eidem *Halmius* saepe *Turnebus* ıurıſ perıтıſſımıſae | ınquıd *B* ıurıſ perıтıſſımı* ınqт *in rasura A sed in margine ad hunc uersum antiqua manu scriptum est* ſae, *quod liturae spatium facile capere potuit* 11 cognoſſeт (т *e corr*) *A* тoтum nequıт ıтa (*corr* quıd) *A* 12 quıт enı̄ *B* ad (a *e corr*) *A* parietum *editiones* paraтū *A* paтrıæ тum *B* 13 auттul|lo *A* omnino nisi quod *uir doctus in Obss. Miscell. IV* 3 *p.* 334, omnino nisi eo quod *Maduigius Opp. II* 154 omnıno ſı ego quod *A* omnıno ſı ego quđ

gione coniunctum est? id autem quantulum est. de sacris, credo, de uotis, de feriis et de sepulchris et si quid eius modi est. cur igitur haec tanta facimus, cum cetera perparua sint, de sacris autem, qui locus patet latius, haec sit una sententia, ut conseruentur semper et deinceps familiis prodantur, et, ut in lege posui, perpetua sint sacra. exposite haec iura pontificum auc- 48
toritate consecuta sunt, ut ne morte patris familias sacrorum memoria occideret, iis essent ea adiuncta, ad quos eiusdem morte pecunia uenerit. hoc uno posito, quod est ad cognitionem disciplinae satis, innumerabilia nascuntur, quibus implentur iuris consultorum libri. quaeruntur enim, qui astringantur sacris. heredum

---

sic linea subducta B relegione *B* 1 $\overset{n}{\text{coniuctum}}$ *A* 3 Cur igit̃ *in rasura A* cū (c *e corr*) *A* 5 laciuſ *B* latiuſ (a *corr ex* o *uel* e) *A* conſeruantur *B* semper et *editiones* ſemet *AB*
7 exposite *Baiterus* haec poſite *A*, *omisit B*, *sed idem* haec iura *sic lineola subducta habet* 8 nemo te *corr* ne morte *B* nemorte (rte *e corr*) *A* 9 iis essent ea adiuncta *R. Stephanus* iſē& ea $\overset{\text{deiuncta}}{\text{adiuncta}}$ (ē& *h. e.* esset *corr ex* ē *h. e.* est) *B* iſ ē& ea deiuncta *A* *praeter* ncta *in rasura, quae etiam praecedentis* occider& *ultimam syllabam complectitur: in margine manu antiqua* adiunc *scriptum est* 7 haec posite — 10 uenerit *ut ex adnotatione marginali orta deleri iussit Maduigius Opp. II* 154, *idem ratus ad eandem interpolationem pertinere etiam* sacra, *quod mihi quidem propter illa* ut in lege posui *non inepte addi uidetur: de quo genere ad p.* 73, 1 *dixi; illa uero sententia sublata, dubito, quo referam ea quae p.* 106, 3 *cf.* 108, 5 *leguntur* uidetis igitur omnia pendere ex uno illo, quod pontifices cum pecunia sacra coniungi uolunt, *quae Turnebus recte adnotat non posse ad ipsam legem, quae uniuerse perpetua esse sacra iubeat, referri* 10 poſito (o *ultima e corr*) *A* 11 ē agnitionem *B* 12 librſ *B* libri * *A* 13 quaerunt̃ *B* querentur *A* quaerunt *Cratandriana* quaeritur *Dauisius, quod Maduigius probauit, sed illud haud scio an possit exemplis defendi, quale illud est de orat. II* 32, 137 quae uero, cum de facto non ambigitur, quaeruntur, qualia sint, ea innumerabilia sunt. *de leg. I* 1, 4 multa quaeruntur fictane an uera sint. *de orat. II* 30, 132
enĩ *in rasura A* quia ſtrincantur *corr* gantur *A* quiaſtrin-

causa iustissima est; nulla est enim persona, quae ad uicem eius, qui e uita emigrarit, propius accedat. deinde, qui morte testamentoue eius tantundem capiat quantum omnes heredes: id quoque ordine; est enim ad id, quod propositum est, adcommodatum. tertio loco, si nemo sit heres, is, qui de bonis, quae eius fuerint, quom moritur, usu ceperit plurimum possidendo. quarto, qui, si nemo sit qui ullam rem ceperit,
49 de creditoribus eius plurimum seruet. extrema illa persona est, ut is, si qui ei, qui mortuus sit, pecuniam debuerit neminique eam soluerit, proinde habeatur
20 quasi eam pecuniam ceperit. haec nos a Scaeuola didicimus, non ita descripta sunt ab antiquis. nam illi quidem his uerbis docebant, tribus modis sacris adstringi: hereditate, aut si maiorem partem pecuniae

---

gunt̃ *B* heredum (d *corr*) *A* 1 ad ıudıcē *corr* ad ujdıcē *B* ad·uı· cem *A* (*fuit in hoc quoque* ad ıudıcem, *ut est etiam in Heinsiano*) 2 quıeuenıta *corr* quıeuınıta *B* quıeuıta (a *a corr add*) *A*, *in margine ad hunc uersum* ᶜx euıta *antiqua manu scriptum est* Emıgrar& *corr* rıt *B* emıgrarıt (rıt *in rasura*) *A* propı*uſ *A* 3 qui morte testamentoue *editiones* quo morı & teſtam̃tı ue (*sic*) *B* quomorıte ue (teſtamento *superscr.*) *A* capıtat *A* capıat (t *e corr*) *B* 5 ꝓpoſıtū *B* proſıtum *A* positum *Dauisius, confer p.* 106, 12 adcomodatū *A* tercıo *A* 6 luco *corr* loco *A* ſı *om B* hereſ**|ıſ (ıſ *initio uersus a corr add*) *A* 7 cum moritur, usu ceperit *R. Stephanus* quom morıturıſ (*uel* uſ) utcoeperıt *A* cū morıturuſ utceperıt *B* (*sic*) poſıdendo *A* 8 qui si *deteriores nonnulli* ſı quı *AB* coeperıt *AB* 9 pluıımum *B* 10 ut is, si qui *scripsi* ut ſı ıſ quı *AB; confer II* 23, 58 aut eos, si qui hoc; *II Verr. I* 4, 9 eos, si qui; *Acad. post. I* 3, 11 iis rebus, si quas; *unde uideant*, *quo iure Acad. pr. II* 41, 128 earum rerum auctoritatem, si quae *mutauerint* 11 neminique *editiones* nemınıquı *AB* 12 coeperıt *AB* 13 deſcrıptaſ̄ (*h. e.* deſcrıpta ſunt, *ut sexcenties in Vossianis scribitur*) *A* deſcrıptaſ *Heinsianus* deſcrıptıſ *corr in* deſcrıptaſunt *B* 14 adſtrıngıt *B* adſtrıngı* *A* 15 maıorē *corr ex* maıoꝝ (*id est* maıorum) *A* maıorem| (em *in rasura*) ****** pecunıae legata ē *B sed in margine antiqua manu* partē pecunıæ capıat · Aut | ſı maıor parſ *scripta*

capiat, aut si maior pars pecuniae legata est si inde
quippiam ceperit. sed pontificem sequamur. uidetis igi- 50
tur omnia pendere ex uno illo, quod pontifices cum
pecunia sacra coniungi uolunt isdemque ferias et caeri-
monias adscribendas putant. atque etiam dant hoc
Scaeuolae, quom est partitio, ut, si in testamento de-
ducta scripta non sit ipsique minus ceperint, quam
omnibus heredibus relinquatur, sacris ne alligentur. in
donatione hoc idem secus interpretantur, et quod pater
familias in eius donatione, qui in ipsius potestate est,
adprobauit, ratum est, quod eo insciente factum est,
si id is non adprobat, ratum non est. his propositis 51
quaestiunculae multae nascuntur, quas qui [nascuntur]

---

sunt: in loco eraso pariae *uideor agnoscere* 1 parſ pecimae *A* 2 coeperit *AB* pontificem] *Scaeuolam dicit, quem* 105, 12 *nominauit, cui ibidem 'antiqui' opponuntur, errauit Halmius* 3 pontifices cum pecunia sacra *Maduigius Opp. II* 156 pontificū pecun ā ſacra *A* pontificum | pecuniā ſacro (*corr ex* ſocro) *B* 4 ferias] hereditates *Mommsenus* ceremoniaſ *A* 5 putaNT *corr ex* putat *A* 6 ſceuolae *B* quom *Dauisius* quod (qđ) *AB Cf. Maduigius Opp. II* 156. *Hoc comma* quod est partitio, *quod ex p.* 108, 12 *interpolatum esse Halmius et Baiterus Bakio crediderunt, cum manifesto detrimento sententiae tollitur, ut et illa u.* 1 si maior pars pecuniae legata est, *quibus demptis pendent proxima* si inde quippiam, *iniuria delentur* deducta *AB, quod esse pro* deductione *Turnebus adnotauit, qui quod* remissam *pro* remissione *Cypriani usu affert, poterat et* offensam, repulsam *citare, et melius* collectam (*de or. II* 57, 233); deductio *Bachio auctore Halmius* 7 ipſi quae *B* ipſe quae *corr* ipſique *A* coeperint *AB* 8 reliquatur *A* 9 donationem *B* idem *AB* (*Halmius errat*) inter pretantur *A* et *om Lambinus* pater *praeter* p *in rasura A* 10 potestate esset *editiones* potestate est *Guilelmus Christ* poteſtaſ · ēēt *A* poteſtaſ ēē *B* 11 approbauit *editiones* adpropiauit *AB* inſciente (e *prius ex* a *corr*) *A* 12 ſijdiſ *corr ex* ſıdiſ *B* ſi id iſ (id iſ *e corr*) *A* approbat *corr ex* adp *A* propoſiſ *A* positis *Dauisius*; *confer p.* 105, 5; *quod in compari sententia p.* 104, 10 hoc uno posito *scribitur, in Tuscul. disp. saepius* ponere de quo disputetur, *sed V* 4, 11 propositum de quo disputaremus 13 quaē uinculae *corr in* quaeſtiunculae *B* quaeſtjunculae (ju *corr ex* ui) *A* quaſ

intellegat non, si ad caput referat, per se ipse facile perspiciat? ueluti, si minus quis cepisset, ne sacris alligaretur, ac post de eius heredibus aliquis exegisset pro sua parte id, quod ab eo, quoi ipse heres esset, praetermissum fuisset, eaque pecunia non minor esset facta cum superiore exactione, quam heredibus omnibus esset relicta, qui eam pecuniam exegisset, solum sine coheredibus sacris alligari. quin etiam cauent, ut, cui plus legatum sit, quam sine religione capere liceat, is per aes et libram heredes testamenti soluat, propterea
21 quod eo loco res est ita soluta hereditate, quasi ea
52 pecunia legata non esset. hoc ego loco multisque aliis

---

qui (quasq; *B*) nascuntur intellegat (intelligat *A*) *AB*, nascuntur (*quod librarii neglegentia ex superiore repetiuisse uidetur*) *deletum in editionibus* 'qui intelligat *h. e.* qui intelligens sit et ingeniosus' *Turnebus.* *interrogationem esse hanc sententiam primus Goerenzius statuit, quem deinde secuti sunt omnes, sed mihi ualde displicet hoc interrogationis genus, cuius loco* quas ⟨quis⟩ qui intelligat, non . . perspiciat? *uel sine interrogatione* quas ⟨nemo⟩ qui *expectaueris*: *in illo exemplo copulata pronomina neminem offendent, qui talia Ciceronis comparauerit* qui quia quae (*ad fam. XII* 2, 2), quas quom quiuis quamuis (*Tusc. V* 16, 46), quod quia quem ad modum (*de nat. deor. I* 20, 53), *alia*

1 capud *B* 2 perpiciat *A* pspici& *B* minus *R. Stephanus*, *Turnebus* munus *AB* coepisset *A* allegaretur *AB* 3 ac *editiones* ut *AB* de ius *B* exigisset *corr* exeg *AB* 4 quod habeo *B* quod*abeo *A* quoi ipse *C. F. W. Muellerus* quoipse *AB* heredis e& *B* heres** eēt (es *in rasura*) *A* 5 fuiss& *corr ex* fuisse *B* fuisse *A* ea que* (*fuit* quae) *A* minor es sed *B* minor e&* (e& *in rasura*) *A* 6 exactionē *corr* ne *B* hedib; *A* 7 ēē *corr* e& *B* esse *A* pecniā *A* exigisset *corr* exeg *A* sine coheredibus *R. Stephanus* nisi coheredib; *B* nisi*coheredib; (c *e corr*) *A* 8 quin etiam (n *e corr*) *A* cadent *B* caueN (ueN *e corr*) *A* 9 religionē *corr* ne *B* ca*pere *A* liceatis p aes & *B* is p aes & *in rasura A, in margine* ¬ *h. e.* et *antiqua manu scriptum* 10 heredes *R. Stephanus* heredis *AB* heredem *ante Stephanum* testam̄ ti *B* testam̄ti (te *e corr*) *A* 11 loco res (co r *e corr*) *A* 12 ego *A*

quaero a uobis, Scaeuolae, pontifices maximi et homines meo quidem iudicio acutissimi, quid sit quod ad ius pontificium ciuile appetatis; ciuilis enim iuris scientia pontificium quodam modo tollitis. nam sacra cum pecunia pontificum auctoritate, nulla lege coniuncta sunt; itaque si uos tantum modo pontifices essetis, pontificalis maneret auctoritas, sed quod idem iuris ciuilis estis peritissimi, hac scientia illam eluditis. placuit P. Scaeuolae et Ti. Coruncanio, pontificibus maximis, itemque ceteris, eos, qui tantundem caperent, quantum omnes heredes, sacris alligari. habeo ius pontificium. quid huc accessit ex iure ciuili? partitionis caput scri- 53
ptum caute, ut centum nummi deducerentur: inuenta est ratio, cur pecunia sacrorum molestia liberaretur. quasi hoc, qui testamentum faciebat, cauere noluisset, admonet iuris consultus hic quidem ipse Mucius, pontifex idem, ut minus capiat quam omnibus heredibus re-

---

ergo *B* 1 quero *B* homınıſ *corr* eſ *A* 3 pontificium *editiones* pontıfıcum *AB* appetatıſ *corr ut uidetur ex* adp *A* 4 pontıficū *B* quodādmodo *A* qđ admodo *B* tollıtıſ *corr ex* tull *A* ſacra *corr ex* ſacrō *B* 5 auctorıtate (auct *in rasura*, o *ex* u *corr*) *A* null^le^age *A* null^a^um lege *B* (*sic*) 6 itaque si uos *R. Stephanus* ıtaq; uſıbuſ (uſıb;) *AB* 7 pontıficaleſ *B* lıſ *corr A* aucturıtaſ *corr* tor *A* 8 estis peritissimi *R. Stephanus* eſt ſperetıſſı mı *B* eſt ſpernıtıſ *sed* rnıtıſ *in litura, quae* retıſſımı *facile comprehendere potuit*, *A* hac *R. Stephanus* ac *AB* illam eluditis *Turnebus* ılle ludıtıſ *B* ılla^e^ludıtıſ *corr ex* ılleludıtıſ *A* 9 p; ſcaeuolae *B* poſt ſcaeuolae *Heinsianus* p· ſcaeuolae *sed* p· *in eraso loco, qui* poſt *capere potuit*, *A* et Coruncanio *Lambinus* et Ti. Coruncanio *Orellius* & hııco runcarıo *B* & coruncarıo (& coru *in rasura*) *A* 10 itemque *Manutius* ıdemquae *A* ıdemq; *B* ceterıſ ceterıſ *B* tan tum dem *B* 11 heredes *editiones* heredıbuſ *A* heredıb; *B* habeo *Heinsianus* *abeo *A* abeo *B* 12 cıuıle *corr* lı *A* patıcıonıſ capud *B* 13 *deducerentur (ded *in rasura*) *A* 14 cu^r^ı *B* lıberaret *B* 15 quasi *scripsi* quıſı *B* quıdſı *A* quodsi *R. Stephanus* 16 iuris consultus *editiones* ıurıſ conſulto *AB* Mucius (*uel* Mutius) *editiones* munıuſ *B* mun^ı^uſ *A* 17 relınquat *B*

linquatur. super dicebant, quicquid cepisset, adstringi: rursus sacris liberantur. hoc uero nihil ad pontificium ius, et e medio est iure ciuili, ut per aes et libram heredem testamenti soluant et eodem loco res sit, quasi ea pecunia legata non esset, si is, cui legatum est, stipulatus est id ipsum, quod legatum est, ut ea pecunia ex stipulatione debeatur, sitque ea non * * *

---

1 ſup dıcebanт *AB* supra *Turnebus, idem postea* superiores *coniecit* quıcquıd *A* quıc *B* coepıſſ& *AB* adſтrıngıт̃ *A* 2 sacris *editiones* ſacrı *AB* 3 ıuſ∗eтemedıo (т *corr*) *A* ıuſ & ḥẹmedo *B* ius set *Halmius* p ẹſıт lıbẹrā (*corr* ẹſeт) *B* æſ& *in rasura A sed in margine ad hunc uersum manu antiqua* ıт *scriptum est* 4 heredĕm *B* тeſтam̃тa *B* (*sed uidetur* тeſтam̃тı *correctum fuisse*) ſoluẹnт *B* 5 etsi is *Huschkius* 6 ſтıpulaтuſ eſт *om B* quod legatum est *editiones* quolegaтuſ ē *A* co (*corr* qo) legaтuſ ē *B* 7 exтıpulaтıone *A* ſıтquaẹ *B* ſıтquẹ *A* 'sitque ea non legata *aut* sacris non astricta' *Turnebus*. '*Multa hic deesse ex eo notum est, quod paulo ante cum de familiarum sacris dissereret, nunc de parentationibus uerba facit. Quis porro doctus ille uir fuerit Accii familiaris, cum superiora desint, diuinare non possumus. Nisi forte Sisennam intelligit, quem libro primo Accii familiarem uocauit* [*scilicet Turnebus I,* 2, 7 *p.* 8, 2 Accium *non* Macrum *scribit et deinde u.* 6 Sisenna eius amicus]. *Sententiam tamen quodammodo coniectabimus. Ex eo enim, quod ait*, ut ueteres februarium, sic hic decembrem sequebatur, *arbitror eum de Bruto in superioribus locis loquutum. Sic enim quaerit Plutarchus in Problemat.*' *Turnebus* 1538. 'Doctum hominem] *Decimum Brutum intelligit, qui Accii poetae perfamiliaris fuit. Cicero pro Archia* [11, 27 *cf. Brut.* 28, 107]. *Veteres autem extremo anni mense diis manibus parentare solebant, qui februarius erat, uerum posteaquam februarius secundus anni mensis factus est, obtinuit, ut eodem tamen mense res diuina eis fieret. uerum tamen Brutus instituti ueteris memor, non februarium sed decembrem ultimum mensem sequebatur in deorum manium parentationibus. Hunc Ciceronis locum sic in problem. attingit Plutarchus* [*Quaest. Rom. c. XXXIV conf. c. XIX*] διὰ τί τῶν ἄλλων Ῥωμαίων ἐν τῷ Φεβρουαρίῳ μηνὶ ποιουμένων χοὰς καὶ ἐναγισμοὺς τοῖς τεθνηκόσι, Δέκιμος Βροῦτος, ὡς Κικέρων ἱστόρηκεν, ἐν τῷ Δεκεμβρίῳ τοῦτ' ἔπραττεν.' *Turnebus* 1552. *Defectum orationis Lambinus ita reparauit* sitque eadem sacris non alligata. uenio ad manium iura,

doctum hominem sane, cuius fuit Accius perfamiliaris, 54 sed mensem, credo, extremum anni, ut ueteres Febru-

---

quae maiores nostri et sapientissime instituerunt et religiosissime coluerunt. Februario autem mense, qui tum extremus anni mensis erat, mortuis parentari uoluerunt: quod tamen Decimus Brutus Decembri facere solebat. cuius ego rei causam cum mecum quaererem, Brutum reperiebam in hac re iccirco a more maiorum discessisse nam Sisennam uideo causam, cur ille uetus institutum non seruaret, ignorare, doctum hominem sane, cuius fuit Attius perfamiliaris) sed *cet. Haec ille in editione a.* 1565, *ubi haec adnotat:* 'quod tamen D. Br.] *hic locus ex uno codice perantiquo et Plutarcho restitutus est.*' *in posterioribus editionibus haec Lambini adnotatio fertur: 'duae uoces* alligata sacris *quae desiderabantur a nobis additae sunt ad sententiam huius loci explendam: quos tamen nolumus haberi Ciceronis . . . . quae sequuntur de manium iuribus et de Decimo Bruto, qui mense Decembri non ut ueteres Februario diis manibus parentabat, partim ex codice perantiquo, ad cuius oram fere iisdem uerbis adscripta erant, partim ex Plutarcho restituta sunt, quae nihilo magis Ciceronis esse affirmo.' in eisdem praeter leuiores in illis supplementis mutationes post* Brutus (*u.* 3) *additum legitur* ut scriptum a Sisenna est *et post* ignorare (*u.* 7) *haec inserta sunt* Brutum autem maiorum nostrorum institutum temere neglexisse non fit mihi ueri simile, doctum hominem. *Haec Lambini supplementa (quibus ne nouissimus quidem editor suum librum carere uoluit) et quidem tam primitiua quam correcta et aucta unde fluxerint, adscriptae a me Turnebi adnotationes patefacient: nimirum inde Sisennae citatio sumpta, eaque ne postea quidem abiecta cum Accii familiarem non Sisennam sed Brutum uocari idem Turnebus docuisset. Itaque ex illis Lambinianis nihil prorsus nisi Plutarchi testimonium, quod Turnebo debetur, retinendum et ad hanc sententiam referendum est. Ceterum mihi hic paulo plura, quam quae ad parentalium mensem pertinerent, intercidisse uidentur; inprimisque opinor in hac de dis manibus disputatione locum habuisse ea, quae de immortalitate animorum in his libris exposita fuisse Lactantius testatur Inst. diu. III* 19, 2*:* quam sententiam Cicero de legibus sic explicauit: 'gratulemurque nobis, quoniam mors aut meliorem quam qui est in uita aut certe non deteriorem adlatura est statum: nam sine corpore animo uigente diuina uita est, sensu carente nihil profecto est mali.' *quam ad disputationem puto referri quae infra c.* 27, 68 *leguntur* deinceps dicit (*uidelicet Plato*) eadem illa (*nimirum quae nos*) de immortalitate animorum; *ubi uide adnotata*

1 acciuf

arium, sic hic Decembrem sequebatur. hostia autem maxima parentare, pietatis esse adiunctum putabat.

22 55 Iam tanta religio est sepulchrorum, ut extra sacra et gentem inferri fas negent esse, idque apud maiores nostros A. Torquatus in gente Popillia iudicauit. nec uero tam denicales, quae a nece appellatae sunt, quia residentur mortuis, quam ceterorum caelestium quieti dies feriae nominarentur, nisi maiores eos, qui ex hac uita migrassent, in deorum numero esse uoluissent. eas in eos dies conferre ius, ut nec ipsius neque publicae

---

Heinsianus actıuſ *AB* Attius *Lambinus* 1 ſı hıc *AB* december *B* decem ber (b *ex* p *corr*) *A* ſic hic decembrem *editiones* 2 ∗parenт are *A* 'pietatis adiunctum: *quomodo attributa rerum et personarum dicere solemus, ita hoc loco* adiunctum pietatis *dixit, pro pietatis adiunctione uel adiectione. sed genus hoc dicendi sane quodam modo insolens est, uerum eodem modo scribit Cicero* [*de fin. IV* 24, 68] illud, cuius id consequens sit, non posse esse uerum.' *Turnebus*: pietati adiunctum *R. Stephanus* adiunctum *delet Bakius. Confer Acad. post. I* 5, 21 (6, 22) uitae autem adiuncta esse dicebant, quae ad uirtutis usum ualerent; nam uirtus in animi bonis et in corporis cernitur et in quibusdam, quae non tam naturae quam beatae uitae adiuncta sunt; *et similiter* attributa personis, negotiis *de inu. I* 24, 34 3 ſepulc[r]horū *A* 5 A. Torquatus *R. Stephanus* aтorquaтuſ *sed* a *erasa B* ∗тorquaтuſ *A* Popillia *Lambinus* popı∗lıa (*fuisse* populıa *uidetur*) *A* popılıa *B* ∗∗∗nec (*fuit ut uidetur* necnec) *A* 6 tam denicales *Aemarus Ranconetus apud Turnebum, R. Stephanus* тandelıca lex *A* тā delıcтa[ſıca] lex *B* quae a nece appellaтae *Heinsianus* quaea nec ea appellaтa *A* quae an ea appellanтe *B* 7 mortuis *Salmasius* (*ad Plauti Epid. III* 4, 33) morтuı *AB*; *confer Plauti Capt III* 1, 8 uenter gutturque resident esuriales ferias. *Prave cum olim tum rursus nuper* quia neci dantur (*uel* dentur) mortui *coniecerunt, si quidem non erat, quod* denicalium *nomen iam ante explicatum iterum explicaretur, sed hoc agebatur, ut, cur* denicales *aeque atque deorum quieti dies* feriae *nominarentur, intelligeretur; id quod eo fit, quia feriamur mortuis* quam] quıa *A* quı&ı (&ı *in rasura*) *A* 8 ferıe *B* ex[hec] uıтa *A* 10 con∗fere (*fuit* cum fere) *A* ius est *Lambinus* ut nec ipsius neque *Ascensiana* uт ne ıpſıuſ (ıpſı[vſ] *B*) neque *AB* ut neque ipsius neque *deteriores plerique* ut

feriae sint; totaque huius iuris conpositio pontificalis magnam religionem caerimoniamque declarat; neque necesse est edisseri a nobis, quae finis funestae familiae, quod genus sacrificii Lari ueruecibus fiat, quem ad modum os resectum terra optegatur, quaeque in porca contracta iura sint, quo tempore incipiat sepulchrum esse et religione teneatur. at mihi quidem antiquissi- 56
mum sepulturae genus illud fuisse uidetur, quo apud Xenophontem Cyrus utitur: redditur enim terrae corpus et ita locatum ac situm quasi operimento matris obducitur. eodemque ritu in eo sepulchro, quod *haud* procul a Fontis ara est, regem nostrum Numam conditum ac-

---

ne ipsius neue *e libris Goerenzius* (*quod Maduigius de fin. I* 20, 67 *probare uidetur*) ut ipsius neque *Mommsenus* *De pronomine* ipsius, *quod non ad mortuum sed ad ferias agentem refertur, uide Maduigium l. c., Schoemannum* (*Redetheile p.* 46) 1 conpoſitio *corr ex* conpoſitia *B* 2 caerimoniā quae *B* caerimoniā que* (e *corr*) *A* declaret *Baiterus nescio an consulto* 3 funeſte *B* 4 Lari *Lambinus* lare *A B* uerbecibuſ *A* uerbe cib; *B*; *haerent in his et* ueruecibus *tollunt*, *sed puto haec sic intelligi oportere*: non necesse est edisseri, quod genus sacrificii sit illud, quod Lari ueruecibus fiat 5 exceptum terra *Turnebus* resectum terra *Andreas Patricius ad Ciceronis fragmenta* reiectū | terrę (reiectū *in rasura*) *A* reiectum|terrae *B* 6 contracta *B* confracta *sed* f *ex* t *corr A* iuraſſint *B* 7 at *B* ad *A* ac *Manutius* 8 ſepultō *A* illut *corr* ud *A* aput *corr* ud *A* 9 xeno potem *B* cyruſititur *B* cyruſutit *sed* ſutit *in rasura A* *Xenophon Cyrop. VIII* 7, 25 τὸ δ' ἐμὸν σῶμα . . ὅταν τελευτήσω, μήτε ἐν χρυσῷ θῆτε μήτε ἐν ἀργύρῳ μήτε ἐν ἄλλῳ μηδενί, ἀλλὰ τῇ γῇ ὡς τάχιστα ἀπόδοτε. τί γὰρ τούτου μακαριώτερον, τοῦ γῇ μιχθῆναι, ἣ πάντα μὲν τὰ καλά, πάντα δὲ τἀγαθὰ φύει τε καὶ τρέφει; ἐγὼ δὲ καὶ ἄλλως φιλάνθρωπος ἐγενόμην καὶ νῦν ἡδέως ἄν μοι δοκῶ κοινωνῆσαι τοῦ εὐεργετοῦντος ἀνθρώπους 10 operimento *editiones* operimentū (ri *e corr*) *A* opermentū *B* 11 eodē quae ritu *B* eodemqueritu *sed* eritu *in rasura A* ſepulchro *A* haud *addidit Hugo Grotius in Mart. Cap. I p.* 16 12 *a (a *e corr*) *A* ara est *A. W. Zumptius* araſ *A B* *Maduigii rationem* (*Opp. II* 157) *non recte cepit Halmius, cum et Grotii Zumptiique correctiones teneat et tamen*

cepimus gentemque Corneliam usque ad memoriam nostram hac sepultura scimus esse usam. C. Mari sitas reliquias apud Anienem dissipari iussit Sulla uictor, acerbiore odio incitatus, quam *si tam* sapiens fuisset quam fuit uehe-
57 mens. quod haud scio an timens *ne* suo corpori posset accidere, primus e patriciis Corneliis igni uoluit cremari. declarat enim Ennius de Africano: h i c e s t i l l e s i t u s. uere; nam siti dicuntur ii, qui conditi sunt. nec tamen eorum ante sepulchrum est, quam iusta facta et porcus caesus est. et quod nunc communiter in omnibus sepultis uenit usu, ut humati dicantur, id erat proprium tum

---

in eo *corruptum esse Maduigio adsentiatur* nummā *A* nūmā *B* accepımuſ *Heinsianus* accıpımuſ *AB* 1 cornelıā* *A* mo-(me)rıā *A* (o *corr ex* e) 2 esse usam *deteriores nonnulli et Ascensiana* eſſe unā (humatam) *B* ẽẽ humatā *in rasura A* eſſe unam *Heinsianus* marı(uſ) ſıtaſ *B* marı(u) ſſıtaſ *A* 3 apuт(d) **|anıenē (*fuit* apuтanт|ıenē) *B* apud anıenē *sed* pud anıe *in rasura A* dıſſıpa*rı *A* ſılla *A* ſylla *B* 4 |*odıo *A* si tam *deteriores, om AB*; *illud Halmius non recte opinor latinum esse negauit; formam Turnebus explicuit: nimirum plenius poterat dici* acerbiore odio incitatus quam fuisset si tam sapiens fuisset quam fuit uehemens; *confer III* 10, 23; *ad fam. III* 6, 2 5 quod auт *corr* haud *AB* тımen(ſ)ſuo *AB* ne *addidit Lambinus* corpore *corr* rı *AB* accedere *A corr* cıd *B* 6 e] ae *B* *Plinius N. H. VII* 54, 187 ipsum cremare apud Romanos non fuit ueteris instituti: terra condebantur. at postquam longinquis bellis obrutos erui cognouere, tunc institutum. et tamen multae familiae priscos seruauere ritus, sicut in Cornelia nemo ante Sullam dictatorem traditur crematus, idque uoluisse ueritum talionem eruto C. Mari cadauere. sepultus uero intellegatur quoquo modo conditus, humatus uero humo contectus 7 enim] etiam *a Goerenzio commemoratum commendat Maduigius Emend. p.* 76, *non probabiliter* dea*fricano (f *erasum*) *A* 8 ſıтıтı *Heinsianus* ſıтı** *A* (*propter Halmium moneo dubitari non debere quin idem in A ante rasuram fuerit quod est in Heinsiano*) hıı *A* hı *B* 9 porcus *Luebbertus Comment. pontific. p.* 73 corpuſ *AB* 10 caeſuſ *corr in* caeſūſ *A* est] sit *Maduigius* mō|nıb; *sed* m *corr in* ȷn *B* 11 penıтuſ *AB* ponitur ut *Turnebus* uenit ut *Goerenzius* uenit usu ut

in iis, quos humus iniecta contexerat, eumque morem ius pontificale *confirmat. nam prius quam in os iniecta gleba est, locus ille, ubi crematum est corpus, nihil habet religionis: iniecta gleba tum et illis humatus est et gleba uocatur, ac tum denique multa religiosa iura conplectitur. itaque in eo, qui in naue necatus, deinde in mare proiectus esset, decreuit P. Mucius familiam puram, quod os supra terram non extaret; porcam heredi esse contractam et habendas tri-

---

Moserus pp*ū*tū* *A* pp iū tū *B* 1 is *Heinsianus* his *AB* qd (uos) *B* quod *A*, *et in margine ad h. u. antiqua manu* s *scripta est* hu|mus (mus *in rasura, sed et* hu *non uidetur primitus scriptum*) *A* intecta *B* injecta *sed* j *e corr A* contexerat *Feldhuegelius* conterat (ge) *AB* eū quae *B* *eūque (eū *e corr*) *A* 2 confirmet *A* (*sic*) os *R. Stephanus, Turnebus* eos *AB* intecta *B* injecta *A sed* j *e corr* 3 ubi cramatū (i cr *in rasura*) *A* crematū *B* 4 nihil (l *in rasura*) *A* iniecta *B* injecta *sed* j *e corr A* gleba tumulis & humatus est & gleba uocatur (ba et ulis & *et* & g *in rasura*) *A* gleba tūmulis·& humatus ē& gleba uocatur (¯ *super* u *erasum*, mulis·& *in rasura*) *B* gleba tum et illis humatus est et gleba uocatur *Heinsianus. non dubitandum uidetur, quin in utroque Vossiano ante lituras correctionesque eadem scriptura fuerit, quam habet Heinsianus: ergo ea niti oportet emendationem, quae uti illo* tumulis & *omnino non debuit: conieci* iniecta gleba tum et illic (*cum deterioribus quibusdam uel* tum et ille *cum Turnebo*) humatus est, et gleba ⟨tumulus⟩ uocatur ac tum denique. *certe haec duo, iniecta gleba et sepultum uere humatum esse et glebam, i. e. humum qua contectum est corpus, tumulum siue sepulcrum uocari, sic ut est in scriptura librorum, puto recte et conuenienter huic disputationi coniungi* 6 conpletitur (c) *B* cōplectit *sed* plectit *in rasura A* naue *B* naue *corr* naui *A* 7 necatus *editiones* uocatus *AB* in mare proiectus esset *editiones* in mari piectus esse (ēē) *AB* 8 mucius (ci *e corr*) *A* purā* *A* quod os *editiones* quotos *AB* extaret *Turnebus* extare *AB* 9 porcam *Victorius* portā *AB* (*sic*) *post* heredi *spatium trium uel quattuor litterarum capax in B* esse *Turnebus* esset *A* essed *B* contractam et *Iosias Mercerius ad Nonium p.* 163, 21 contracen (s&) (n *e corr*) *A* contrac.& (·ens) *B* contracet *Heinsianus*

duum ferias, et porco femina piaculum pati; si in mari
23 mortuus esset, eadem praeter piaculum et ferias.
58 Atticvs. Video quae sint in pontificio iure, sed quaero ecquidnam sit in legibus.

Marcvs. Pauca sane, Tite, et, uti arbitror, non ignota uobis; sed ea non tam ad religionem spectant, quam ad ius sepulchrorum. hominem mortuum, inquit lex in duodecim, in urbe ne sepelito neue urito. credo uel propter ignis periculum. quod autem addit neue urito, indicat, non qui uratur sepeliri, sed qui humetur.

Atticvs. Quid? qui post XII in urbe sepulti sunt clari uiri?

Marcvs. Credo, Tite, fuisse aut eos, quibus hoc ante hanc legem uirtutis causa tributum est, ut Poplicolae, ut Tuberto, quod eorum posteri iure tenuerunt,

---

1 femınā *A* piandum: atqui si *Dauisius* piaculum faciendum: si *Marinus Atti de' fr. Aru. p.* 216 piandum: at si *Maduigius Opp. II* 158; *at* piaculum *nolim mutari propter ea quae sequuntur* eadem praeter piaculum et ferias, *sed uariari orationis formam putauerim: interpolata esse* et porco . . pati *credibile non est* marı *Heinsianus* mare *AB* 3 pontıfıτıo *A* iure sed *Victorius* ıurıſ eτ *AB* 4 ecquidnam *Aldus nepos* & quıdnam *B Heinsianus* [&] quıdnam *A* 5 ſane! *A sed* ne *in exitu uersus a corr add, initium sequentis uersus obscurum* & uıτu arbıτror *B* eτ nıτua bıτror *Heinsianus* & uτ arbıτror *in rasura A* 6 ıgnoτa (*fuit* ınnoτa) *A* [lı] regıonē *A* 7 ſepulchrorū *B* ınquıd [τ] *B* 8 ın xıı *B* ın duodecım *Heinsianus* ın dōodecimmılıa *A* ne ſepelıτone [ue] urıτo *A sed* ne ſepelıτone *in rasura* ne urıτo *B Heinsianus* 9 ıgneſ *A corr* ıgnıſ *B* 10 ındıcaτ *corr ex* ıudıcaτ *AB* ıudıcaτ *Heinsianus* quıuuraτur (ı *ante* u *erasum*) *B* quı*uraτur *A* ſepılırı *A* 12 quıd quı *AB* quı *om Heinsianus* quid quod *Maduigius Opp. II* 159 xıı *in rasura A* xıı *sed* ıı *in rasura corr B* 13 cları [o] uırı [oſ] (*sic*) *A* cları [oſ] uırı [oſ] *B* *Correctorem apparet* claros uiros credo fuisse *coniunxisse et sic editiones R. Stephano antiquiores* 15 uτ populı cole *B* uτ pu blıcole *sed* uτ pub *in rasura A* Poplicolae *Lambinus* 16 τen e-

aut eos, si qui hoc, ut C. Fabricius, uirtutis causa soluti legibus consecuti sunt. sed *ut* in urbe sepeliri lex uetat, sic decretum a pontificum collegio, non esse ius in loco publico fieri sepulchrum. nostis extra portam Collinam aedem Honoris: aram in eo loco fuisse memoriae proditum est; ad eam cum lamina esset inuenta et in ea scriptum lamina HONORIS, ea causa fuit aedis huius dedicandae. sed quom multa in eo loco sepulchra fuissent, exarata sunt; statuit enim collegium locum publicum non potuisse priuata religione obligari.

Iam cetera in XII minuendi sumptus sunt lamenta- 59
tionisque funebris, translata de Solonis fere legibus. hoc plus, inquit, ne facito: rogum ascea ne polito. nostis quae secuntur; discebamus enim pueri XII, ut carmen necessarium, quas iam nemo discit. exte-

runt *A* 2 ſoluti *Heinsianus* ſolutiſ *A* ſolĭtiſ *B* consecuti *deteriores* non ſecuti *AB* ut *addidit Maduigius Opp. II* 159 3 ſic decretum *B* ſit decr&ū *in rasura A* ſidecretum *Heinsianus* pontific| *A* 4 nostis *editiones* noſtriſ *A* nr̄iſ *B* 5 harā *B* fuiſſe* *A* 6 lamna *A Heinsianus* lam(IN)a *B* e&̃ *in rasura A* 7 inea*| *B* (ſ *erasum*) lamina *Turnebus* domina *A* (do)mina *B* mina *Heinsianus*; lamina, *quod ut inscriptionis partem cum* HONORIS *coniungunt Turnebus, Lambinus, ad pronomen* ea *pertinere, Moserus recte adnotat, genetiuus autem inscripti nominis habet exemplum de nat. deor. III* 34, 84 in quibus mensis cum more ueteris Graeciae inscriptum esset BONORVM DEORVM ea (e *e corr*) *A* 8 aedis huius dedicandae *deteriores* aediſ haec dedicare *AB*, *quae uereor ne non probe in deterioribus correcta sint: poterat* ea causa fuit (cur) aedis haec dedicaret quom multę *A* cum|multa *B* 9 colligium *corr* colleg *AB* 10 potiſſe *A* potiſſe *B* potiſſe *Heinsianus* reli(gi)oni *A* 11 minendi-ſumptuſ *A* minendi ſumptoſ *B* lamentationisque *deteriores* lamentationeſque *AB* 12 funebris *Dauisius* funeriſ *AB* *Cf. Maduigius Opp. II* 159 tran(ſ)lata (nſ *in rasura*) *A* ſoloniſ (lon *in rasura*) *A* 13 inquid *AB* ne facito: rogum ascea *primus recte distinxit R. Stephanus* (*item Turnebus*; *antea* ne facito rogum: ascea *uulgabatur* ascea *AB cf. Z. f. Ö. G.* 1860 *p.* 20) 14 noſtiſque *in rasura A* 15 iā *in loco eraso trium*

nuato igitur sumptu tribus riciniis et tunicula purpurae et decem tibicinibus tollit etiam lamentationem: mulieres genas ne radunto neue lessum funeris ergo habento. hoc ueteres interpretes Sex. Aelius, L. Acilius non satis se intellegere dixerunt, sed suspicari uestimenti aliquod genus funebris, L. Aelius lessum quasi lugubrem eiulationem, ut uox ipsa significat; quod eo magis iudico uerum esse, quia lex Solonis id ipsum uetat. haec laudabilia et locupletibus fere
24 cum plebe communia; quod quidem maxime e natura
60 est, tolli fortunae discrimen in morte. cetera item funebria, quibus luctus augetur, XII sustulerunt. homini, inquit, mortuo ne ossa legito, quo pos funus

---

quattuorue litterarum capaci A 1 ricinuſ *Heinsianus* ricinuſ *corr* rec *B* recinuſ *sed* reci *in rasura A confer p.* 122, 6 et tunicula *Turnebus* & uimcla *B* & uincla *A Heinsianus* et clauis *Turnebus postea* reciniis relictis *Schoellius Legis XII Tab. rel. p.* 56 (153), *quo nihil opus; nam, opinor, ratio eius ablatiui simplex est et uulgaris: hoc enim dicit, extenuatum esse sumptum tribus riciniis, iis uidelicet, quae lex finiuit quaeque transgredi per legem non liceret: quo improbabilius, haec* tribus . . . tibicinibus *tolli, quae nec qui addita sint intelligitur et a Cicerone scripta esse uel ea quae p.* 122, 6 *leguntur fidem faciunt* 2 tibicinibuſ (ci *in rasura*) *A* 3 cenaſ *corr* ge *AB* raduntone ue *B* radunto|*neue (o *corr*) *A* funeriſ *corr* fun *B* 4 habenteo *Heinsianus* habento* *sed* o *e corr et dein* o *erasa B* habento* (o *e corr*) *A* interpr&eſ· ſex* eliuſ ·Lacıliuſ *sed duae* ſ *priores e corr*; el *ex* el; ·Lac *ex* ·l·ac *corr A* 5 acılliuſ *B* 6 ueſtimenta *corr* ti *B* funebris *editiones* funeriſ *AB* L. Aeliuſ *Turnebus* laeliuſ *AB* Aelius *Lambinus* 7 iulationem *AB* (*sic*) iulationem *Heinsianus* 8 ueterum *A* ueterū (ū *ex* ō *corr ut uidetur*) *B* lexolonıſ *A* 10 maximae *B* maxime *A* e] ae *B* 11 toli *A* discrimen in morte *R. Stephanus* diſ cremın mortem *corr* dıſcrimen *B* dıſcrimın mortē *corr* dıſcrimen *A* dıſcrimen in mortē *Heinsianus* discrimen morte *Victorius* funebria quibus *editiones* funebrıſaquıbuſ *B* c&era Itē funebrıſ aquıbuſ *praeter* aquibuſ *in rasura A* 12 xij *sed* ij *in rasura A* ſuſtelerunt *A* 13 inquid *AB* quo quoſ *B* quoſ *A Heinsianus* poſ funuſ *corr* poſtfunuſ *AB*

faciat. excipit bellicam peregrinamque mortem. haec praeterea sunt in legibus: de unctura * * que seruilis unctura tollitur omnisque circumpotatio; quae et recte tolluntur, neque tollerentur, nisi fuissent. ne sumptuosa respersio, ne longae coronae, ne acerrae praetereantur. illa iam significatio est, laudis ornamenta ad mortuos pertinere, quod coronam uirtute partam et ei, qui peperisset, et eius parenti sine fraude esse lex inpositam iubet. credoque, quod erat factitatum, ut uni plura fierent lectique plures sternerentur, id quod ne fieret lege sanctum est. qua in

---

poſſimuſ *Heinsianus; tenui in legis uerbis formam antiquam* pos, *de qua Ritschelius Opp. II* 541   1 peregrınāquae *A* pelegrınā quae *B*   2 preтerea *A*   ·deunc тura quę ſeruılıſ *A* deunc тuraq: ſeruılıſ *B*   *Orationis formam hanc fuisse puto:* haec praeterea sunt in legibus: de unctura ⟨cena⟩ que seruilis unctura tollitur omnisque circumpotatio; *et deesse uocabulum, quale exempli causa positum* cena, *quod* circumpotationi *respondeat, et tota conformatio et* que *particula declarat;* de *praepositio praeparandae sententiae inseruit, quem ad modum, ut uno de multis utar exemplo, ad fam. II* 17, 2 de rationibus referendis non erat incommodum te nullas referre; *qui usus ab hoc loco, ubi praesertim generi species subiicitur, non esse alienus uidetur.* de unctura ⟨circumpotatione⟩ que *Manutius, sed is haec cum illis* in legibus *coniungi uoluit. nouissimi editores* de uncturaque *Dauisio auctore tollunt, de causa interpolationis ut uidetur securi*   4 тoluntur *B*   fuıſſ& *B*   ſumтuoſa *A*   5 reſperſıone· *B*   longe coronę *A* longe chorone *B*   ne acerrae *Turnebus* nec acerrae (acerre *A*) *AB*   6 pr&ereanтur *A*   8 partam *R. Stephanus* paraтam *AB*   ei qui *editiones* eı quae (quę) *AB*   peperıſ ſedeīparenтıſ ıne *B*   eıuſ parenтı *sed* uſ *erasum ut uidetur A*   9 ımpoſıтā *A* ınpoſſıтam *B*   10 facтıтaтū* uт (тū *et* u *e corr.*) *A*   'ut uni plura: *funera plura uni fierent.*' *Turnebus*   plures sternerentur *deteriores* pluresınтerrenтur *AB*   11 ıd quod[q;] (q; *antiqua manu*) *A* ıd qvoq; *corr ex* ıd qđq; *B* ıd quodque *corr* ıd quoque *Heinsianus*   credo [que] (*ut est in deterioribus nonnullis*) quod erat factitatum, ut uni plura fierent lectique plures sternerentur; id quod ne fieret lege sanctum est *R. Schoellius Legis XII Tab. rel. p.* 55, *haec sic scripta Schoemanno* (*Opp. III* 386 *sq.*) *auctore supra u.* 1 *post uerba* funus

lege quom esset neue aurum addito, *uidete* quam humane excipiat altera lex, praecepit altera lege: at cui auro dentes iuncti escunt, ast im cum illo sepeliet uretue, se fraude esto. et simul illud
61 uidetote, aliud habitum esse sepelire et urere. duae sunt praeterea leges de sepulchris, quarum altera priuatorum aedificiis, altera ipsis sepulcris cauet: nam quod rogum bustumue nouum uetat propius sexaginta pedes adici aedes alienas inuito domino, incendium ueretur acerbum [uetat]; quod

---

faciat *ponenda esse ratus* 1 qūm *A* cū *B* effent *A* ẽẽN̈ *h. e.* N̈ *corr in* τ) *B* addιτo (o *e corr*) *A* uidete *addidi, confer u.* 4 et simul illud uidetote; *formam sententiae effeci similem illi ad fam. VII* 5, 1 sed posteaquam Pompeii commoratio diuturnior erat quam putaram . . ., uide quid mihi sumpserim, coepi uelle ea Trebatium expectare a te, quae sperasset a me. *confer etiam Philipp. II* 14, 34 ego autem, uide quam tecum agam non inimice, quod bene cogitasti aliquando, laudo 2 lex] ex *B* precepιτ *corr* precιpιτ *A* p̄ cιpιτ *B* at *Ascensiana, Turnebus* uτ *AB* 3 ιuncτι *Heinsianus* u ncτι *B*; *in A utrum* ιuncτι *an* uιncτι *an denique* umcτι *rectius legatur, ambiguum* escunt *Pithoeus* effenτ *AB* 4 sepeliet uretue *R. Stephanus* fepell&ur &ue *A* fepel|leτur eτuæ *B* esto *editiones* ιfτo *AB* 5 alιuτ *B* sepelire et urere *R. Stephanus* fepelιr&ur aere *A* fepelιeτur aere *B* 6 pr&erea *A* lege *corr* legef *AB* 7 ιpfι *corr* ιpfιf *A* fepulchrιf *B* 8 bufτū|ne nouū *B* bufτū ue|** nouum (ue *in fine uersus a corr add*) *A* propius *editiones* proprιuf *AB* 9 pedef adιcι aedef adιcι aedef *B* pedef ********** adιcι aedef adιcι *in rasura*) *A*; *liquido, opinor, hoc quoque loco apparet, quid in A fuerit ante lituram*; *confer p.* 26, 17 10 uer&ur acerbū u&aτ *A* uereτur·a‿cebū ueτaτ *B* (ueτaτ *etiam in Heinsiano*); *uidetur scriptor a fine uocis* acerbum (aceruum) *ad similem uocabuli* nouum *exitum oculis aberrasse, ab eoque errore alterum* uetat *natum esse: hinc apparet non probabilem esse aut Halmii* ut arceatur uetat, *aut Lambini coniecturam* uidetur arcere [uetat], *in qua uel* uidetur *in re aperta et ante significata* (*u.* 7) *displicet: ceterum nego aptius posse uerbum inueniri illo* ueretur (*confer II* 15, 39), *et* acerbum (*quod Turnebus 'graue et calamitosum' explicat*) *cur hoc a rogo oriundum incendium uocetur, uideor equidem mihi ex uulgato eius uocabuli*

autem forum, id est uestibulum sepulchri, bustumue usu capi uetat, tuetur ius sepulchrorum. haec habemus in XII, sane secundum naturam, quae norma legis est; reliqua sunt in more, funus ut indicatur, si quid ludorum, dominusque funeris utatur accenso atque lictoribus, honoratorum uirorum laudes in contione me- 62
morentur easque etiam [et] cantus ad tibicinem prosequatur, cui nomen neniae, quo uocabulo etiam *apud* Graecos cantus lugubres nominantur.

Atticvs. Gaudeo nostra iura ad naturam accom- 25
modari maiorumque sapientia admodum delector; sed re[cedo]quiro, ut ceteri sumptus, sic etiam sepulchrorum modum.

Marcvs. Recte requiris: quos enim ad sumptus progressa iam ista res sit, in C. Figuli sepulchro uidisse *te* credo. minimam olim istius rei fuisse cupiditatem,

---

usu intelligere 1 forum *Turnebus* (*coll. Fest. p.* 84) eoꝝ *AB* bufτūue *in rasura A* 2 τueτur|∗Iuſ (r *a corr add*) *A* ſepulchoꝝ *A* hęc abemuſ XII *A* (h *et* IN *suprascr.*) 4 ſeliqua *B* (*sed saepe in hoc codice* ſ *et* r *uix internoscuntur*) ındıcaτ̃ (*sic*) *B* ınducaτur *A*

5 dominusque *Manutius* domuſq; *B* domuq; *A* (r *suprascr.*) acenſo *AB* 6 lıττorıb; *B* uirorum *editiones* uıuorū *AB* (*sic*) in concione memorentur *R. Stephanus* ın conτıonē memoranτur *AB* 7 etiam *Manutius* &ıā & *AB* 8 apud Graecos (Graios) *Wesenbergius* grac choſ *A* graccuſ *B* grecoſ *Heinsianus* lucubreſ *B* 10 *Attici nomen posui* (*legebatur Quinti*) *propter* 124, 3, *cf. p.* 115, 3; *uide proxima* accommodare *corr* arı *B* 11 maıorū quąe *B* delector; sed requiro *scripsi* delecτor · ſedrecedoquıro *A Heinsianus* delecτor· ſed recedo phyro *B* delector. *M.* Sed credo, Quinte *editiones*

12 uτ *corr ex* uı *B* ceτerı *Heinsianus* c&ero *praeter* c& *e corr A* (r *suprascr.*) ceτerıſ *B* (o *suprascr.*) ſepulchorū *B* 13 modum. *M.* Recte requiris *Turnebus* (*qui etiam in superioribus uitium agnouit, sed in emendando aberrauit*) modum recτe (recτąe *B*) requırı *AB, editiones*

14 quos enim *deteriores* quıſ enı̃ *AB* progressa iam ista res *editiones* ꝑ|ceſſa ıam ẽ areſ *B* proceſſa ıā eſτa reſ *A* 15 Incfıgulı *A* hınc fıgulı *B* ſepul|crho (*sic*) *A* 16 te *addidit Maduigius* minimam olim *editiones* mınıma mollæm *A* mınam

multa extant exempla maiorum. nostrae quidem legis interpretes, quo capite iubentur sumptum et luctum remouere a deorum Manium iure, hoc intellegant in primis, sepulchrorum magnificentiam esse minuendam.
63 nec haec a sapientissimis legum scriptoribus neglecta sunt. nam et Athenis iam illo mores a Cecrope, ut aiunt, permansit hoc ius terra humandi: quam quom proxumi fecerant obductaque terra erat, frugibus obserebatur, ut sinus et gremium quasi matris mortuo tribueretur, solum autem frugibus expiatum ut uiuis redderetur; sequebantur epulae, quas inibant propinqui coronati, apud quos de mortui laude quom, si quid ueri,

---

ol|lem *B* rej∗∗ (ı *in rasura*) *A* 1 extant exempla *Maduigius* extarent·ā pla *B* extareN̄∗ āpla *sed* N̄ *et* ā *in rasura A* extarent exempla *deteriores* legıſ *Heinsianus* legeſ *AB* 2 ıntrae praeteſ *B* Iubentĕr *A* ſumptuſ & luctū *B* ſumptuſ & luctū *sed* ſ & *in rasura A* (*sic*); *quare* sumptum *scripsi, ut est in lege, ad quam haec referuntur, II* 9, 22, *confer II* 23, 59 4 mı∗nuendā (*fuit* munuendā) *B* 5 haec∗a (*fuit* haecca) *B* neclecta *corr* neg *B* 6 athenıſ ıamıllọ (e) moreſ (ſ) *B* athenıſ∗jamılle moſ∗∗ (ſ *prior et* j, *porro* e moſ *in rasura*) *A, in quo ne dubites ante lituram ipsum illud* ıllo moreſ (*quod est etiam in Heinsiano fuisse, ut haec sit certissima sedes corruptelae, cumque ceteroquin plana et integra sit oratio* nam et Athenis a Cecrope ut aiunt permansit hoc ius terra humandi, *illa ex interiecta quadam sententia residua esse opinor, quae sic fere potuit formata esse* nam et Athenis, ⟨nostis⟩ iam illos mores, a Cecrope. *confer ad Att. I* 14, 4.
acecrope *corr in* acıcrope *AB* 7 hoc ıuſ *sic distincte AB, quod uerissimum est et coniecturis corrumpitur; neque accusatiuum uelut* corpus *ad* humandi *desiderari concesserim* quam *scilicet* humationem, *quasi non* terra humandi *sed* humationis *praecessisset: sic Schefferus explicat, uere, ut puto; confer de orat. II* 2, 5 bene dicere autem, quod est scienter et perite et ornate dicere, non habet definitam aliquam regionem, cuius terminis saepta teneatur: *pro* quam *coniecit* quod *Turnebus, probatum Maduigio Opp. II* 160 quom *A* cū *B* 10 |uıuıſ (*prior* u *e corr*) *A* 11 ſequebatur (N) *AB* (*sic*) aepulę *AB* inibant *Camerarius* ınırant (e) *B* ınırant *Heinsianus* ınırent *A* 12 quos *Maduigius Opp. II* 160 quaſ *AB* quomnı quıduerı *A* cū omnı quı duerı *B*

erat praedicatum, nam mentiri nefas habebatur, ** ac iusta confecta erant. postea quam, ut scribit Phalereus, 64 sumptuosa fieri funera et lamentabilia coepissent, Solonis lege sublata sunt: quam legem eisdem prope uerbis nostri decemuiri in decimam tabulam coniecerunt; nam de tribus reciniis et pleraque illa Solonis sunt. de lamentis uero expressa uerbis sunt: m u l i e r e s g e n a s n e r a d u n t o n e u e l e s s u m f u n e r i s e r g o h a b e n t o. de sepulchris autem nihil est apud Solonem 26 amplius quam ne quis ea deleat neue alienum inferat, poenaque est, si quis bustum, nam id puto appellari *τύμβον*, aut monimentum, inquit, aut columnam uiolarit, iacerit, fregerit. sed post aliquanto propter has amplitudines sepulchrorum, quas in Ceramico uidemus, lege sanctum est, ne quis sepulchrum faceret operosius quam quod decem homines effecerint triduo; neque id 65 opere tectorio exornari nec hermas hos quos uocant

---

si quid ueri *Turnebus; confer p.* 120, 4 si quid ludorum 1 me^n^tıri *A* adıuſτa (ſ *mutatum in* x) conıecτa *A* adıuxτa conıecτa *B* ac ita iusta confecta *Turnebus*; *fuitne* habebatur, ⟨sepultura⟩ ac iusta confecta; *confer II* 17, 42 sepultura et iustis exequiarum: *certe intercidisse nomen probabile est* 2 poſτe *B* poſτe *corr* poſτea *A* quam] cum *Turnebus* quom *Manutius* 3 ſumpſum τuoſ afıerı *B* cepıſſenτ *B* & ſolanıſ *A* ſolanıſ *sine* & *B* (*sic*) 5 nostri decemuiri *R. Stephanus* nrıſuırı *AB* 6 recınıſ *AB* ſolanıſ *B* 7 expraeſſa *A* expreſſa *B* uerba *Dauisius* mulıeraſ geneſ *B* 8 nera|dunτoho neuе fleſſum (a *in fine uersus et* o *ante* h *a corr add, punctis notata erasa*) *B* radunτo · neue leſ|ſum *A sed* o *corr*, neue *in rasura* 11 poena quae *B* poenaque *A* apelları *B* 12 τύμβον aut] τū bona uτ *AB* (*sic*) monumentū *B* ınquıd *B* uolarıτjacerıτ (j *et* c *corr*) *A* uocar& acerıτ *B* uiolarit deiecerit *editiones, quod uerum esse aegre mihi persuadeo* 13 propter has] ꝑ τeraſ *B* 14 quaſı ın *B* rūquaſın *praeter* n *in rasura A* geramıco *AB sed in B uidetur* g *ex* c *corr* uıdemuſ *B* uıdımuſ *corr* uıdemuſ *A* legeſ cum.Eſτ *B* 15 ſeplchrū *A* 16 τrıduo* *A* 17 opere τexτorıo exnarı|Nechermaſoſ quoſ (rı *in fine uersus a corr add*, Nechermaſoſ *in rasura*; *A* opera | & ex-

licebat inponi, nec de mortui laude nisi in publicis sepulturis nec ab alio, nisi qui publice ad eam rem constitutus esset, dici licebat. sublata etiam erat celebritas uirorum ac mulierum, quo lamentatio minueretur;
66 auget enim luctum concursus hominum. quocirca Pittacus omnino accedere quemquam uetat in funus aliorum. sed ait rursus idem Demetrius increbruisse eam funerum sepulchrorumque magnificentiam, quae nunc fere Romae est; quam consuetudinem lege minuit ipse: fuit enim hic uir, ut scitis, non solum eruditissimus, sed etiam ciuis e re publica maxime tuendaeque ciuitatis paratissimus. is igitur sumptum minuit non solum poena, sed etiam tempore; ante lucem enim iussit efferri. sepulchris autem nouis finiuit modum; nam super terrae tumulum noluit quid statui nisi columellam tribus cubitis ne altiorem aut mensam aut label-

---

ταrιο exmarιne cermaſ oſ quoſ *B* opere τexτorιo exnarιne cernam hoſ quoſ *Heinsianus* tectorio *editiones* hermas hos quos *R. Stephanus* hermas quos *C. Stephanus, Halmius, sed cf. Orat.* 39, 134 χαρακτήρ ille qui dicitur 2 nıſı quıd (ı *prima e corr*) *B* necab alıonıſı q in rasura *A* pub|lıca earem *B* 3 caelebrıταſ *A* 4 munuereτur *B* 5 auget *e codice Ursinus* huc *A* huıc *B* habet *editiones* quocırca (cırca *in rasura*) *A* quodcırca *Heinsianus* 6 accıdere *corr* accedere *A* accıdere *B* alienorum *Bakius; Plutarchus Solon.* 21 τὸ κωκύειν ἄλλον ἐν ταφαῖς ἑτέρων ἀφεῖλεν 7 idem *deteriores* eıdem *A* eıdēmeτrıuſ *B* ıncrebu ıſſe *B* 8 ſepulchrorū quā *B* ſepulchroꝝ que *sed* e *extrema in rasura A* 9 fere (re *in rasura*) *A* romaē quā *B* consuetudinem *editiones* conſueτudıne *AB* 10 uτſıτıſ *B* erudıτıſſımıſ *Heinsianus* 11 cıuıſe r. p. maxıme *Heinsianus* cıuıſ ſer ·p̄· maxımae *B* erudıτıſſumuſ · ſed&ıãcıuıſ reı p. maxıme| *praeter* erudıτıſ *in rasura A* τuendae quae *B* τuendaequae *A* 12 paraτıſum *B* paraτıſ ſımuſ *A* peritissimus *R. Stephanus* is igitur *Maduigius* ıſτı (*corr* ıſτe) ıgıτur *A* ıſτı ıgıτ *B* *Heinsianus* ſumpτū (p *a corr add*) *A* 13 eτıā *corr ex* ıτıā *A* τempora *B* τempora (e) *A* 14 nouis *editiones* nobıſ *A* nob *B* 15 noluit *editiones* uoluıτ *AB* quid *editiones uetustae* quod *AB* quicquam *Lambinus, quod probat Maduigius de fin. III* 21, 70 colu÷mellā (*fuit* colum ellā) *A* 16 cupıτıſ *B* cubıτıſ *corr* cup *A*

lum, et huic procurationi certum magistratum praefecerat.

27 67 Haec igitur Athenienses tui. sed uideamus Platonem, qui iusta funerum reicit ad interpretes religionum: quem nos morem tenemus. de sepulchris autem dicit haec: uetat ex agro culto eoue, qui coli possit, ullam partem sumi sepulchro; sed quae natura agri tantum modo efficere possit, ut mortuorum corpora sine detrimento uiuorum recipiat, ea potissimum ut conpleatur: quae autem terra fruges ferre et ut mater cibos suppeditare possit, eam ne quis nobis minuat neue uiuos neue mortuos. extrui autem uetat sepulchrum altius 68 quam quod *quinque homines* quinque diebus absoluerint, nec e lapide excitari plus nec inponi quam quod capiat laudem mortui, incisam ne plus quattuor herois uersibus, quos longos appellat Ennius. habemus igitur huius quoque auctoritatem de sepulchris summi uiri, a quo item funerum sumptus praefinitur ex censibus a minis quinque usque ad minam. deinceps dicit eadem illa de

---

ne alteriorē *B* n̄*alti*orē *A* (alti *in rasura;* n̄ *est* non) 1 procurationi (o *ante* n *in rasura corr*) *A* macistratū *corr* mag *A* 3 igitur *in extrema pagina om B* athenienſ ē ui *B* 4 iuxta *A* p̄icit *A* (*uidetur* picit *pr fuisse*) ad[t] *sed* a *quoque uidetur ex* u *corr A* 5 more *corr* morē *A* more *B* ſephulchriſ (l *corr*) *A* 7 ſumiſſepulchro *B* ſedq; *corr in* ſed,q; (*h. e.* quae) *A* 9 compleat̃ *B* 10 quem (*fuit* quem) *A* quē *B* cibuſ *corr* oſ *A* cibuſ *B* ſubpeditare *B* 11 uiuōſ — mortuōſ *A* uiuo — mortuuſ (uſ *corr in* oſ) *B* 12 uatat *B* 13 quinque homines *ex Platone addidit Turnebus* 14 excitarit priuſ *A* excitari priuſ *B* plus *editiones* 15 herois *deteriores, Turnebus* [h]eroeſ *AB* (*sic*) heroicis *editiones uetustiores;* ἡρωϊκῶν *Plato* 16 longuſ *B* henniuſ *B* *enniuſ *A* 18 item funerum *I. Fr. Wagnerus* iterū funerū *AB* ſum[p]tuſ *A* prefinitur *corr* prę *A* ex censibus *editiones* ex ſenſibus *AB* 19 dicit *scilicet Plato, qui reuera haec ibi ubi reliqua tetigit, in legibus, quem locum infra citaui* eadē illā *B* eadem illa: '*quae etiam in Phaedone et aliis locis disserit multis.*' *Sic Turnebus explicat longe ille prudentius aliis; uerum non possunt haec ad alios Platonis libros referri, sed sic in-*

inmortalitate animorum et reliqua post mortem tranquillitate bonorum, poenis impiorum.

---

terpretor: eadem illa *quae nos antea exposuimus*, *ut ad fam. I* 9, 18 iubet idem ille Plato *h. e. quem antea* 12 *laudaui. tractasse autem Ciceronem has res in ea parte, quae II* 21, 54 *periit, h. e. in ipso initio disputationis de extrema lege religionis, quae est de dis manibus, funeribus et sepulcris, ad eum locum probare studui. interpolationis indicia nulla sunt neque uero recensionis a nescio quo editore horum librorum antiquitus factae* 1 ınmortalıtatē *A* ımmortalıtatē *B* relıquä *A* tranquıllıtatē *A* tranquılıtatē *B* 2 penıſ *B* poenıſ *corr in* poenaſ *A* *Plato Leg. XII* 958 *D* περὶ τελευτήσαντας δή, εἴτε τις ἄρρην εἴτε τις θῆλυς ᾖ, τὰ μὲν περὶ τὰ θεῖα νόμιμα τῶν τε ὑπὸ γῆς θεῶν καὶ τῶν τῇδε, ὅσα προσήκει τελεῖσθαι, τοὺς ἐξηγητὰς γίγνεσθαι κυρίους φράζοντας· θήκας δ᾽ εἶναι τῶν χωρίων, ὁπόσα μὲν ἐργάσιμα, μηδαμοῦ, μήτε τι μέγα μήτε τι σμικρὸν μνῆμα· ἃ δὲ ἡ χώρα πρὸς τοῦτ᾽ αὐτὸ μόνον φύσιν ἔχει, τὰ τῶν τετελευτηκότων σώματα μάλιστα ἀλυπήτως τοῖς ζῶσι δεχομένη κρύπτειν, ταῦτα ἐκπληροῦν, τοῖς δὲ ἀνθρώποις ὅσα τροφὴν μήτηρ οὖσα ἡ γῆ πρὸς ταῦτα πέφυκε βούλεσθαι φέρειν, μήτε ζῶν μήτε τις ἀποθανὼν στερείτω τὸν ζῶνθ᾽ ἡμῶν. χῶμα δὲ μὴ χοῦν ὑψηλότερον πέντε ἀνδρῶν ἔργον ἐν πένθ᾽ ἡμέραις ἀποτελούμενον, λίθινα δὲ ἐπιστήματα μὴ μείζω ποιεῖν ἢ ὅσα δέχεσθαι τῶν τοῦ τετελευτηκότος ἐγκώμια βίου μὴ πλείω τεττάρων ἡρωϊκῶν στίχων .... πείθεσθαι δ᾽ ἐστὶ τῷ νομοθέτῃ χρεὼν τά τε ἄλλα καὶ λέγοντι ψυχὴν σώματος εἶναι τὸ πᾶν διαφέρουσαν, ἐν αὐτῷ τε τῷ βίῳ τὸ παρεχόμενον ἡμῶν ἕκαστον τοῦτ᾽ εἶναι μηδὲν ἀλλ᾽ ἢ τὴν ψυχήν, τὸ δὲ σῶμα ἰνδαλλόμενον ἡμῶν ἑκάστοις ἕπεσθαι, καὶ τελευτησάντων λέγεσθαι καλῶς εἴδωλα εἶναι τὰ τῶν νεκρῶν σώματα, τὸν δὲ ὄντα ἡμῶν ἕκαστον ὄντως ἀθάνατον εἶναι ψυχὴν ἐπονομαζόμενον παρὰ θεοὺς ἄλλους ἀπιέναι δώσοντα λόγον, καθάπερ ὁ νόμος ὁ πάτριος λέγει, τῷ μὲν ἀγαθῷ θαρραλέον, τῷ δὲ κακῷ μάλα φοβερόν, βοήθειάν τε αὐτῷ μή τινα μεγάλην εἶναι τετελευτηκότι. ζῶντι γὰρ ἔδει βοηθεῖν πάντας τοὺς προσήκοντας, ὅπως ὅτι δικαιότατος ὢν καὶ ὁσιώτατος ἔζη τε ζῶν καὶ τελευτήσας ἀτιμώρητος ἂν κακῶν ἁμαρτημάτων ἐγίγνετο τὸν μετὰ τὸν ἐνθάδε βίον .... τὸ δὲ μέτριον νομοθέτης ἂν μαντεύσαιτο οὐκ ἀσχημονέστατα. ἔστω δὴ νόμος οὗτος· τῷ μὲν δὴ τοῦ μεγίστου τιμήματος εἰς τὴν πᾶσαν ταφὴν ἀναλισκόμενα μὴ πλέον πέντε μνῶν, τῷ δὲ τοῦ δευτέρου τρεῖς μναῖ καὶ δύο τῷ τοῦ τρίτου, μνᾶ δὲ τῷ τοῦ τετάρτου μέτρον ἂν ἔχοι τῶν

Habetis igitur explicatum omnem, ut arbitror, religionum locum. 69

Qvintvs. Nos uero, frater, et copiose quidem, sed perge cetera.

Marcvs. Pergam equidem, et quoniam libitum est uobis me ad haec inpellere, hodierno sermone conficiam, spero, hoc praesertim die: uideo enim Platonem idem fecisse omnemque orationem eius de legibus peroratam esse uno aestiuo die. sic igitur faciam et dicam de magistratibus; id enim est profecto, quod constituta religione rem publicam contineat maxime.

Atticvs. Tu uero dic et istam rationem quam coepisti tene.

ἀναλωμάτων. 1 explicaτo *B* arbrτroreligıonū (*sic*) *B* arbıτro^r relıgıonū *A* 3 nos *editiones* non *AB* copıoſe ∗ (e *e corr*) *A* 4 per ge^ad ceτera *A* pıece τaera *B* 5 lıbıτu *AB*

7 praeſerτı | dıe *B* p̄ſer|τı dıe (*sic*, p̄ſer, *sed* r *ex* n *corr*, *in exitu uersus a corr add*, τı dıe *in loco eraso paulo ampliore*) *A*

8 delıgıb; *B* 9 esse *om B* eſτıuo dıe | *in rasura A* die. sic igitur *deteriores* dıeſ ıgıτ̃ *B* dıeſ ıgıτur *corr* dıe *Heinsianus* dıe | Jgıτ̃ ∗ (J *corr ex* ı) *A* faτıā (τ *mutatum in* c) *A* 10 de^ma gıſτraτıbuſ *A* ẽ *B* eτ *corr in* ẽ∗ *A* (eτ *Heinsianus*) 11 relegıone *B* maxim ∗ e (*fuit* ae) *A* 12 dıceτ τ̣ıſτā (τ *in fine uersus e corr*, *fuit* dıce | τıſτā) *B* &ıſτā *in rasura A* quam coepisti *deteriores* quam (quā) accepıſτı *AB* M̄ T·CIC̄ЄROD ЄLЄGIB · LĪB · II · ЄXP̄L·INC̄P · LĪB̄ · III · *A* M̄ TULLI CICERONIS DE LE GIBUS LIBER II · EXPLIC̄ · INCP̄T LIBER III · *B*

LIBER TERTIVS

1
1 Marcvs. Sequar igitur, ut institui, diuinum illum uirum, quem quadam admiratione commotus saepius fortasse laudo quam necesse est.

Atticvs. Platonem uidelicet dicis.

Marcvs. Istum ipsum, Attice.

Atticvs. Tu uero eum nec nimis ualde umquam nec nimis saepe laudaueris; nam hoc mihi etiam nostri illi, qui neminem nisi suum laudari uolunt, concedunt, ut eum arbitratu meo diligam.

Marcvs. Bene hercle faciunt. quid enim est elegantia tua dignius? cuius et uita et oratio consecuta mihi uidetur difficillimam illam societatem grauitatis cum humanitate.

Atticvs. Sane gaudeo, quod te interpellaui, quoniam quidem tam praeclarum mihi dedisti iudicii tui testimonium; sed perge, ut coeperas.

2 Marcvs. Laudemus igitur prius legem ipsam ueris et propriis generis sui laudibus.

Atticvs. Sane quidem, sicut de religionum lege fecisti.

Marcvs. Videtis igitur magistratus hanc esse uim,

---

1 ut *om B* Sequaigit (r *superscr.*) ut inſtitui *praeter* Sequ *in rasura A* 2 utrū *B* uirū (i *e corr*) *A* *commotuſ *A* 4 dicis *deteriores* diligiſ *AB* 5 atticę *B* attjce (j *corr*) *A* 6 umquā nec nimiſ‖ *praeter* u *in rasura A* 7 laudaberiſ *B* laudaberiſ (v *superscr.*) *A* 9 arbitratū eādiligā *B* arbitratumeo|**diligam (eo *in fine uersus a corr add*) *A* 11 conſecuta mihi *Heinsianus* conſecutā mihi *AB* 12 illa *B* 14 qm̃ quidē *B* qũm quidē *A* 17 ueris et *editiones* ueri·ſed *AB* 19 relegionum *B* 21 uidetiſ|itur *B* ui-

ut praesit praescribatque recta et utilia et coniuncta
cum legibus: ut enim magistratibus leges, ita populo
praesunt magistratus, uereque dici potest magistratum
legem esse loquentem, legem autem mutum magistra-
tum. nihil porro tam aptum est ad ius condicionemque 3
naturae, quod cum dico, legem a me dici intellegi uolo,
quam imperium, sine quo nec domus ulla nec ciuitas
nec gens nec hominum uniuersum genus stare nec
rerum natura omnis nec ipse mundus potest; nam et
hic deo paret et huic oboediunt maria terraeque et ho- 2
minum uita iussis supremae legis obtemperat. atque ut 4
ad haec citeriora ueniam et notiora nobis, omnes anti-
quae gentes regibus quondam paruerunt: quod genus
imperii primum ad homines iustissimos et sapientissi-
mos deferebatur, idque [ut] in re publica nostra maxime

---

deꞇıſ ıgıꞇur (ıſ ıg *in rasura*) *A* 1 praeſcrıbaꞇ quı *B* p̄ſcrıbaꞇ que (ıb *e corr*) *A* uꞇılıa (ılıa *in rasura*) *A*, *uidetur* uꞇ ılla *fuisse* 2 magıſꞇraꞇıbuſ (magıſ *in rasura*) *A* leges ita] legeſ hıſ *B* legeſ[& hı]** (*fuit* legeſıſ) *A* legeſıſ *Heinsianus sed* legeſ ıꞇa *superscr* 3 mageſꞇraꞇuſ *B* uere quae *A* uerequae *B* 5 condıꞇıonē quae *A* condıꞇıonē quae *B* 6 lege *B* lege *corr* legē *A* ınꞇellıgı *A* *Haeserunt in* dici intellegi, *quorum illud Goerenzio auctore Moserus, hoc Halmius deleri suadet, deprauata uterque oratione; quod uero Halmius glossam subindicari etiam forma* ınꞇellıgı *in A opinatur, uerum non est hoc uno loco sic scribi in A; confer, ut pauca afferam, p.* 7, 2; 25, 8; 31, 4; *ceterum si recte dicitur* intellego te putare (*I* 1, 5), ego te accipio dicere (*II* 2, 5) *et similia, non uideo, quid in illis displiceat; de fin. V* 11, 33 hoc intellegant, si quando naturam hominis dicam, hominem dicere me: *hoc conuerte in passiuam formam, habebis* hoc intellegi uolo, si quando naturam hominis dicam, hominem a me dici 7 ılla *AB* ılla *corr* ulla *Heinsianus* 8 cenſ *corr* genſ *B* genuſ *in rasura A* 10 deoper& *corr* deopar& *A* deoper& *B* 11 ſuppraemae legıſ *B* ſupraemæ · legıſ (æ *corr ex* a; *fuit ut uidetur* ſupraema elegıſ) *A* obꞇēper& *A* uꞇ haec *B* uꞇ*a*d (d *corr ex* c; *fuit* haec) *A* uꞇ ad haec *margo Heinsiani* 12 c&erı ora *B* c&erıora *sed corr* cıꞇ *A* omnıſ — genꞇıſ *A* omnıſ — genꞇeſ (g *e corr*) *B* 14 ıuſꞇıſſım̉ & ſapıenꞇıſſım̉ *B* 15 deferebaꞇ̃** (˜ *e corr*) *A* ıdq; uꞇ *B* ıdque** *A* idque et *Dauisius* idque uel *Goerenzius* id quod *Bakius*

ualuit, quoad ei regalis potestas praefuit, deinde etiam deinceps posteris prodebatur, quod et in iis etiam qui nunc regnant manet; quibus autem regia potestas non placuit, non ii nemini, sed non semper uni parere uoluerunt. nos autem, quoniam leges damus liberis populis, quaeque de optima re publica sentiremus, in sex libris ante diximus, accommodabimus hoc tempore leges
5 ad illum, quem probamus, ciuitatis statum. magistratibus igitur opus est, sine quorum prudentia ac diligentia esse ciuitas non potest, quorumque descriptione omnis rei publicae moderatio continetur; neque solum iis praescribendus est imperandi, sed etiam ciuibus obtemperandi modus: nam et qui bene imperat paruerit aliquando necesse est, et qui modeste paret uidetur qui aliquando imperet dignus esse. itaque oportet et eum, qui paret, sperare se aliquo tempore imperaturum et illum, qui imperat, cogitare breui tempore sibi esse parendum. nec uero solum ut optemperent oboediantque magistratibus, sed etiam ut eos colant diligantque praescribimus, ut Charondas in suis facit legibus, noster uero Plato Titanum e genere statuit eos, qui ut illi caelestibus, sic hi aduersentur magistratibus. quae cum ita sint, ad ipsas iam leges ueniamus, si placet.

---

1 uoluıт *B* quoad& *B* quoad$^{\&}$ *A* eı *margo Heinsiani* regaleſ poтeſтaſ *B* regaleſ (*corr* ıſ) poтeſтaſ* (ſ *ultima corr*) *A* 2 po^{ſ}тerıſ *A* qđ &˙ ın ııſ&ıā *A* qđ&ınıı ſed&ıā *B* qui etiam nunc *Halmius* 3 regınā *B* reg*nanт (nт *e corr*) *A* 4 placuı ñ ıı *B* placuıт·N̄ hı (т·N̄ hı *in rasura*) *A* nē ıhı *B* ſēp *A* ſem *B* 6 ſenтıoremuſ *B* ſenтı*remuſ *A* ſenтıremuſ *margo Heinsiani* 7 accōmodauımuſ *A* accomodauım̃ *B* accommodabımuſ *corr Heinsianus* 9 ſıne curū *B* 10 quorum que (e *in rasura corr*) *A* deſcrıpтıone *AB* 12 ıſ *B* ııſ *A* *sed prior* ı *uidetur a corr add* p̄ſcrıbenduſ* (ſ *ultima corr, fuit* p̄ſcrıbendum) *A* obтemporandı *B* 15 alıquando (n *e corr*) *B* dıgnuſ e͠& *B* 17 ımper& *A* ſıbı e͠& *B* ſıbı ēē *corr ex* e͠& *A* 18 opтem perat *B* opтemper^{N}& *A* oboedianт quae *B* 21 egene *B* egene^{re} *A* 23 ſıт *B* ſıN *sed* N *e corr* *A*

Atticvs. Mihi uero et istud et ordo iste rerum placet. 3

Marcvs. Iusta imperia sunto, isque ciuis 6 modeste ac sine recusatione parento: magistratus nec oboedientem et innoxium ciuem multa, uinculis uerberibusue coherceto, ni par maiorue potestas populusue prohibessit, ad quos prouocatio esto. cum magistratus iudicassit inrogasitue, per populum multae poenae certatio esto. militiae ab eo qui imperabit prouocatio nec esto, quodque is, qui bellum geret, imperassit, ius ratumque esto.

Minoris magistratus partiti iuris plures in ploera sunto. militiae, quibus iussi erunt, imperanto eorumque tribuni sunto: domi pecuniam publicam custodiunto, uincula sontium seruanto, capitalia uindicanto, aes argentum aurumue publice signanto, litis contractas iudicanto, quod[quod]cumque senatus creuerit agunto.

---

1 uero (o *e corr*) *A* &ſtud&ordo *B* &ſtud&ordo *A*; *sic* ſtuc *est in B Acad. pr. II* 34, 109 4 nequoboe dientē *B* innoxium *AB* noxium *Victorius* 5 uerberibuſ necoherc&o *AB* uerberibusue *corr Heinsianus* 6 maiorue *editiones* maioruero *AB* populoſue *AB* populuſue *corr Heinsianus* ꝓhibeſ ſit *B* ꝓhibeſit *A* 7 ad coſ *B* 8 inroga ſituae *B* inroga ſit ue *A* per] penes *Buechelerus* multepoe ue *B* multe poeɴe *sed* ɴ *e corr A* 9 certatioſ ſto (*priore* ſ *in* e *mutato*) *B* miliciae *AB sed* t *corr in A* habeo *B* 10 prouocatione ceſto *AB* (*sic*) prouocatio nec esto *Halmius* prouocatio ne esto *editiones* nei esto *Buechelerus* quoque *AB* quodque *corr Heinsianus* hiſ *B* 11 gerat *A* 12 minoriſ *AB* pluref imploera *B* pluresim imploera *sed* oe *corr ex* oi *ut uidetur A* 13 meliciae *A* miliciae *B* erunt *editiones* erant *AB* 14 imperanti *A* impera|to *B* imperanto *Heinsianus* eoꝝ qui tribū| *A* eoꝝ qui tribuni *B* eorumque *corr Heinsianus* 15 ſomtiū *B* 16 ſeruanto *margo Heinsiani* ſperuanto *B* ſperɴanto (ɴ *corr ex* u) *A* uindicato *B* 17 aurum uel *A* publicae *B* ſignato *A* liteſ *B* 18 quodquodcūque *A* quodqd̄cumq: *B* quodcumque *corr Heinsianus*

7 Suntoque aediles curatores urbis annonae ludorumque sollemnium, ollisque ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto.

Censoris populi aeuitates, suboles, familias pecuniasque censento, urbis tecta templa, uias aquas, aerarium uectigalia tuento, populique partis in tribus discribunto, exin pecunias, aeuitatis, ordinis partiunto, equitum peditumque prolem describunto, caelibes esse prohibento, mores populi regunto, probrum in senatu ne relinquonto: bini sunto, magistratum quinquennium habento: reliqui magistratus annui sunto: eaque potestas semper esto.

8 Iuris disceptator, qui priuata iudicet iudicariue iubeat, praetor esto: is iuris ciuilis

---

quodquomque *Buechelerus, sed eodem errore* quoquomodocunque *est in BE de fin. V* 11, 30 senatus *editiones* naтuſ *AB* 19 agunto *editiones* acuncтo *AB* 1 annonȩ (ȩ *e corr*) *A* 2 ludorū quaeſo|lemnıū *B* 3 primus *editiones* prıuſ *AB* 4 cenſorıſ *AB* ae uıтaтaeſ *B* ſubolеſ *B corr* ſob *A* 5 urbis tecta templa *Bakius* urbıſтa'тempla *A* ur|bıſтaтē pla *B* 6 aquas *margo Heinsiani* quaſ *AB* erarıṛū *A* ueſтıgalıa *AB* 7 in tribus] ın quıbuſ *A* dıſcrıbunтo *A* dıſcrıbunтur тo *B* 8 pecunıaſ * aeuıтaтıſ (*fuit* pecunıa|ſaeuıтaтıſ) *A* aeuıтaтıſ ordınıſ *AB* partiunto *deteriores* partı ſunтo *AB* aequıтū *A* 9 *post* deſcrıbunтo (*sic, repetiit* exın pecunıaſ aeuıтaтıſ ordınıſ partıſō equıтū pedıтūq; ꝓlem deſcrıbuno (*sic*) *B* caelıbeſſed *A* celıbeſ ſed *B* caelıbeſ eſſe *corr Heinsianus* 10 ꝓıbenтo *B* probum (r *supra*) *A* 11 ſenaтu (aтu *in rasura*) *A* relınquoтo *B* relınquunтo *A* bını *Heinsianus* bınıſ *AB*

semel moneo frequentissimum in his legibus imperatiuorum exitum o *saepe a suo uocabulo seiunctum proximo praefigi in B uelut u.* 10 *hanc speciem habet* |lı regunт oprobrū ınſenaтu nerelınquoт obınıſ ſunт omagıſтra| 12 reliqui — sunto *delet Halmius, quae quod hoc loco posita sunt ut in lege fortasse non laudandum est, non scripta esse a Cicerone non credo, conf.* 3, 9 13 ea quae *B*

15 dıſcerтaтor *AB* dıſcepтaтor *corr Heinsianus* ıudıcarı|ıubeaт *B* 16 ꝓтer *B* eſтoȷſ*ȷurıſ (ȷ *utrobique e corr*) *A*

custos esto: huic potestate pari quotcumque senatus creuerit populusue iusserit, tot sunto.

Regio imperio duo sunto, iique praeeundo, iudicando, consulendo praetores, iudices, consules appellamino: militiae summum ius habento, nemini parento: ollis salus populi suprema lex esto.

Eumdem magistratum, ni interfuerint de- 9
cem anni, ne quis capito: aeuitatem annali lege seruanto.

Ast quando duellum grauius, discordiae ciuium escunt, oenus ne amplius sex menses, si senatus creuerit, idem iuris quod duo consules teneto, isque aue sinistra dictus populi magister esto: equitatumque qui regat habeto pari iure cum eo, quicumque erit iuris disceptator. ast quando consulis magisterue populi nec

---

1 potestate pari quotcunque *R. Stephanus* poteſtati pari quod|cūque *AB* 2 ſunto∗ (o *e corr*) *A* 3 prae aeundo *B* preeun‥|do *A* 4 conſuendo *AB* conſulendo *corr Heinsianus* 5 appellamino *B* appellanto∗∗ (nto *in rasura*) *A* appellaminoe *Bergkius* (*Philologi XIV* 186) 6 ollis *R. Stephanus* oiuſ *B* ∗iuſ (o *erasa*) *A* (*Halmius errat*) populi *editiones* populo *AB* populoi *Feldhuegelius, quod uix probabile est* 7 ſupraema *A* ſuppraema *B* eſto∗ (o *e corr*) *A* 8 eum de magiſtra|tum *B* int|fuerit *A* 10 legeſ *AB* lege *corr Heinsianus* ſeruanto aſt quando *Heinsianus* ſeruant a ſi quando *B* ſeruanto‥ et quando (o *et* qu *e corr sed* et *manu pr*) *A* 11 aut discordiae *Turnebus* discordiaeue *deteriores, Lambinus* 12 *in margine antiqua manu ad hunc uersum* ue ſunto *si recte interpretor A* unus *Lambinus* (*quem eundem postea* oenus *coniecisse ferunt*) oneſ *AB* menſeſſi (e *ante* ſ *corr,* ſ *ante* i *a corr add*) *A* 14 teneto *Turnebus* tenunt·o· *B* tenunto∗ *sed* o *e corr A* (*fuit* tenunt o) aueſ inistra *AB* 15 equitemque qui regat *Turnebus* equitatum qui regat *Graeuius* equitatumque qui regat *Orellius* aequitatemcumque qui re|gat *A* aequitatem cūq; qui regat *B* hab& operi *B* 17 consules magisterue *Maduigius Emend. p.* 85 conſuliſ magiſterue *Heinsianus* conſuliſ eſt magiſtratuſue *AB* nec

erunt, reliqui magistratus ne sunto, auspicia patrum sunto, ollique ec se produnto, qui comitiatu creare consules rite possit.

Imperia, potestates, legationes, cum senatus creuerit populusue iusserit, ex urbe exeunto, duella iusta iuste gerunto, sociis parcunto, se et suos continento, populi sui gloriam augento, domum cum laude redeunto. rei suae ergo ne quis legatus esto.

Plebes quos pro se contra uim auxilii ergo decem creassit, ei tribuni eius sunto, quodque ii prohibessint quodque plebem rogassint, ratum esto: sanctique sunto neue plebem orbam tribunis relinquunto.

10 Omnes magistratus auspicium iudiciumque habento, exque is senatus esto. eius decreta rata sunto, ast potestas par maiorue prohi-

---

erunt *Halmius* nec·r̃· *AB* 1 auſpicia *margo Heinsiani* aſpici aſ *A* aſpiaſ *B* 2 ec se *scripsi* hęc ſe *A* ex ſe *B* 3 comitiatu *Turnebus, R. Stephanus* comitatu *AB* poſſim imperia *B* poſſint imperia *sed* nt *corr ex* m *A* possit *Turnebus* possiet *Buechelerus* 5 creuerit *margo Heinsiani* creauerit *B* creauit *A*

6 ger̄ oſo ciuſ *B* gerunto* ſoci*iſ (o *post* t *e corr, fuit* gerunt oſociuſ) *A* 7 suos *'quidam' apud Turnebum* ſeruoſ *A* ſeruuſ *B* souos *Buechelerus* populi ſui *Heinsianus* popilli ſui *sed* illi *corr ex* uli *A* pupilliſ ui *B* 8 augent odomū *B* augento* domū (o *ante rasuram e corr*) *A*, *fuit* augent odomū; *atque eodem modo saepe hoc genus errorum, quod in B fere intactum est, in A corrigitur, quod semel moneo, ne quis in his lituris aliquid latere opinetur* laude redeunto* rei ſue ergo *A* lauderet deuntore|giſ ue ergo *B*

9 eſt oplebeſ *B* eſto*plebeſ *A* 10 auxilii (x *e corr*) *A* 11 ei tribuni *scripsi* &tribuni *A* &tribuni *B sed* & *corr ex* hi *uel* ſii 12 ii *corr Heinsianus* id *AB* 13 eſto *in rasura A* ē·o· *B*

14 re|linquiunt·o· *B* relin|qu*unto* (o *e corr*) *A* 15 iudicium quae *A* 16 habent·o·exq; iſ *B* habento*q̇ exque iſ (o *e corr*) *A* eſto *corr ex* ·ē·o *A* ē·o· *B* decreta|decreta *A*

17 rataſ̄ o *B* rataſunto* (o *e corr*) *A* prohibessit S. C. *R. Stephanus* prohibessit *Manutius* prohib& ſe *A* ꝓhib& ſe *B* *Bue-*

bessit, perscripta seruanto. is ordo uitio uacato, ceteris specimen esto.

Creatio magistratuum, iudicia populi, iussa uetita cum suffragio cosciscentur, optumatibus nota, plebi libera sunto.

Ast quid erit, quod extra magistratus coe- 4
rari oesus sit, qui coeret populus creato eique ius coerandi dato.

Cum populo patribusque agendi ius esto consuli, praetori, magistro populi equitumque eique, quem patres produnt consulum rogandorum ergo; tribunisque, quos sibi plebes rogassit, ius esto cum patribus agendi: idem ad plebem quod oesus erit ferunto.

Quae cum populo quaeque in patribus agentur, modica sunto.

---

cheleri rationes, qui haec ast potestas...seruanto *deleri iussit, non satis intelligo; nam quod haec in suasione legis praetermittuntur* (12, 28), *quam causam a Schoellio Leg. XII Tab. rel. p.* 109 *afferri uideo, omisit Cicero in ea enarratione, qua ne uoluit quidem omnia pertractare* (*II* 10, 24), *etiam alia, uelut ea quae* 4, 10 *de curatore praecipiuntur* 2 uacaτo] *in margine A antiqua manu ad hunc uersum* car&o *scriptum est, cf.* 12, 28 ſpecıem meſτo *B* ſpecıem meſτị o *A sed in hoc antiqua manu in margine* ſpecımen; *cf.* 12, 28 4 eoſcıncenτ̃ *A* eo|ſcıcenτuro ropτū aτıb; *B* cosciscentur *posui* (*Z. f. O. G.* 1860 *p.* 18) cum suffragio consciscentur *Turnebus, idem* cum consciscentur, suffragia *coniicens* 5 plebı *sed* p *corr ex* b *A* 6 ast quid *Manutius* auτ quıd *B* ·uτ quıd *A* (*cum foramine in membrana*) magistratus coerari oesus *Iacobus Taurellius teste Victorio apud Moserum* magistratus coeratore oesus *Turnebus* magıſτrı τuſco herarıo eſuſ *B* magıſτraτuſ quoherarıo eſuſ *A* 8 eique ius *editiones* eı quı ıuſ *AB* 9 paτrıbuſ quạe *A* 10 ∗equıτumque *A* 12 τrıbunıſ quae *A* ·P̄L. *B* ·P̄ṚL *A* 13 'rogassit *id est* creauerit.' *Turnebus,* creassit *Bakius, quod dubito num necessarium sit, si quidem* creare, rogare *tam nullo discrimine nonnumquam usurpantur* (*confer ad Att. IX* 9, 3), *ut hoc, quod proprie est magistratus, non populi uel plebis, uideatur etiam de plebe potuisse dici* 14 ferunτo (o *corr ex* ur *ut uidetur*) *A* 15 quaeque] q; (uæ) quạe *A* 16 agentur *editiones* ag&ur *AB*

11 Senatori, qui nec aderit, aut causa aut culpa esto: loco senator et modo orato, causas populi teneto.

Vis in populo abesto. par maiorue potestas plus ualeto. ast quid turbassitur in agendo, fraus actoris esto. intercessor rei malae salutaris ciuis esto.

Qui agent, auspicia seruanto, auguri publico parento, promulgata proposita in aerario cognita agunto, nec plus quam de singulis rebus semel consulunto, rem populum docento, doceri a magistratibus priuatisque patiunto.

Priuilegia ne inroganto: de capite ciuis nisi per maximum comitiatum ollosque, quos censores in partibus populi locasint, ne ferunto.

Donum ne capiunto neue danto neue petenda neue gerenda neue gesta potestate.

Quod quis earum rerum migrassit, noxiae poena par esto.

ſumpto *A* 2 ē·o· *B* eſto *corr ex* ē·o· *A* ſenator (or *corr ex* uſ *ut uidetur*) *A* 4 abesto *deteriores* adeſto *AB* maıorue *corr Heinsianus* maıorque (maıorq;) *AB* 5 ual&·o· *B* ual&o* *A* 6 actoris *R. Stephanus* auctorıſ *AB* ınterceſſor re|ın malę *B* male *A* 8 ſeruant·o· *B* ſeruanto* (o *e corr*) *A* *et sic identidem in proximis in utroque* 9 proposita, in aerario cognita: *sic distinguitur in editionibus nonnullis uetustioribus, uelut C. Stephani, Lambini*; in aerario condita habento *coniecit Turnebus*, condita *etiam Gruterus; confer scholium in Sestianam c.* 64, 135 Licinia et Iunia coss. auctoribus Licinio Murena et Iunio Silano perlata illud cauebat, ne clam aerario legem ferri liceret, quoniam leges in aerario condebantur 11 ſemel *AB* simul *Gruterus, quod uereor, ne incaute arripuerint nouissimi* consulunto *editiones* conſulento *AB* docento *corr Heinsianus* ducent o *AB* 14 comitiatum *R. Stephanus* co*mıtatū *corr ex* cum mıtatū *A* (*sic*) cū ıtatū *B* olloſque *sed* o *pr e corr A* 15 locaſınt *corr* locarınt *A* locaſſınt *B* 19 æarū *B* mıgraſſ& *B* noxıe *A* 20 poena *editiones* poenae *B* poene *A*

Cesoris fidem legum custodiunto: priuati ad eos acta referunto nec eo magis lege liberi sunto.

Lex recitata est: discedere et tabellam iubebo dari.

QVINTVS. Quam ⌊com⌋ breui, frater, in conspectu 5
posita est a te omnium magistratuum descriptio, sed ea paene nostrae ciuitatis, etsi a te paulum adlatum est noui. 12

MARCVS. Rectissime, Quinte, animaduertis; haec

---

1 caeſorıſ *A* cęſorıſ *B* cenſoris *margo Heinsiani*; *semel moneo, me* cesoris *et nonnulla alia eius generis in his legibus a Vossianis tradita tenuisse Buechelero auctore* (*Jahrb. f. Philol.* 1863 *p.* 786), *quamquam qui Vossianos pertractauerit, concedet, opinor, non ita magnam esse eorum in his rebus uelut in terminatione* is *auctoritatem* fidem legis *Lambinus* fidem legum *Maduigius* fidem legē *AB* priuata *corr ex* priuati *A* 2 a deo ſ acta referunto | *nec (*sic*, d *et* unto *add*, *fuit* a deo ſacta refer̄ | onec *A* adeoſ | actere fer̄ o nec *B* eo (o *e corr*) *A* legı *B* 5 quam *corr Heinsianus* quā còm *A* quā cum *B* 6 deſcrıptıo *AB*, *item* 137, 3 deſcrıptıone *A* diſcrıptıone *B*, *denique* 137, 12 deſcrıptıo *AB* *Nouissimi editores sine testimonio et hic et* 129, 10 discriptio *ponunt*, *sed non est haec* discriptio *magis quam* descriptio magistratuum, *quae eadem* compositio 137, 5 *uocatur*, *quem ad modum I* 5, 17 conposita et descripta iura *dicuntur*: *neque II* 12, 30 descriptioque sacerdotum *non malui cum A quam cum B et nouissimis editoribus* discriptio: *utriusque Vossiani testimonio* 131, 7 populi partis in tribus discribunto *firmatur*, *et tamen uel hic dubitare licebit, num Cicero uno tenore* in tribus discribunto, prolem describunto *uoluerit*; *confer III* 19, 44. *neque* caelestem discriptionem *p.* 19, 15 *puto satis uel a significatione uel a librorum testimonio uel denique exemplo* (*de nat. deor. I* 11, 26 *coll. Aristot. phys.* 8, 1) *uindicari*: *immo mihi haec* caelestis discriptio (*h. e. himmlische Eintheilung*), *cui deos hominesque parere uult scriptor, parum apta uidetur, qui* caelestem descriptionem (*h. e. des Himmels Ordnung, Plan*, *quem ad modum Turnebus explicat* '*ut uulgo loquimur, ordinatio et constitutio*') *cum* aedificandi descriptione (*Bauplan*) *de off. I* 39, 138 *conferre malim et fere in eam uim dici putauerim, qua de fin. III* 22, 74 natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius: *et sunt alia, quae uelim accuratius considerari ab iis, qui nouicii uocabuli nimis ut mihi uidetur studiosi* describendi *uerbum fere exulare ex latinitate iubeant* 7 poene *A* allatū *B* 8 rectıſſımę *B*

est enim, quam Scipio laudat in *illis* libris et quam maxime probat temperationem rei publicae, quae effici non potuisset nisi tali descriptione magistratuum. nam sic habetote, magistratibus iisque, qui praesint, contineri rem publicam et ex eorum conpositione, quod cuiusque rei publicae genus sit, intellegi. quae res cum sapientissime moderatissimeque constituta esset a maioribus nostris, nihil habui sane, non multum, quod putarem nouandum in legibus.

13 Atticvs. Reddes igitur nobis, ut in religionis lege fecisti admonitu et rogatu meo, sic de magistratibus, ut disputes, quibus de causis maxime placeat ista descriptio.

Marcvs. Faciam, Attice, ut uis, et locum istum totum, ut a doctissimis Graeciae quaesitum et disputatum est, explicabo et, ut institui, nostra iura attingam.

Atticvs. Istud maxime expecto disserendi genus.

Marcvs. Atqui pleraque sunt dicta in illis libris, quod faciendum fuit, cum de optuma re publica quae-

---

1 ſpicio *B* illis *om AB, addi iussit Turnebus* 2 maximae *B* 3 potuisset *editiones* potuiſſe *AB* 4 magiſtratibuſ· ſiiſque *A* magiſtratib; ſuſ quae *B* preſint *A* 5 conpoſitione *AB sed* comp *corr in A* cuiusque rei publicae *Turnebus, R. Stephanus* eiuſ que inrep. *A* eīq; in rep. *B* 6 genoſ *corr* genuſ *A* intelligi *A* intellegiq; reſ *B* 7 ſapientiſſimae moderantiſſime que *A* ſapientiſſime moderantiſ|ſimae quae *B* moderatiſſimeq; quae *Heinsianus, qui codex in uoce* nichil *u.* 8 *deficit*

8 *fortasse* non paulum *propter* 136, 7; aut non multum *Maduigius* non modo multum *deteriores* quod (q *e corr*) *A* 11 rogatūeo *B* 12 diſputiſ *B corr* eſ *A* ut disputes *Rathio Halmioque glossa uisa est, inclusitque Baiterus; sed iis deletis uix melior fit aut uenustior oratio: debebat enim* reddes nobis causas, quibus maxime placeat ista descriptio; *at interiectis illis* ut in religionis lege fecisti *continuauit orationem quasi ante non* reddes nobis *sed* facies *posuisset, quem ad modum etiam Marcus non* reddam *sed* faciam *respondet, quod illis sublatis minus aptum uidetur* maximae *B* maxime *A* 15 addoctiſſimiſ *B* a*doctiſſimiſ *A* 18 adqui *B*

19 quod faciendum fuit *Grutero auctore inclusit Baiterus, sed*

reretur; sed huius loci de magistratibus sunt propria quaedam, a Theophrasto primum, deinde a Dione Stoico quaesita subtilius.

ATTICVS. Ain tandem? etiam a Stoicis ista tractata 6 14
sunt?

MARCVS. Non sane nisi ab eo, quem modo nominaui, et postea a magno homine et in primis erudito, Panaetio. nam ueteres uerbo tenus acute illi quidem, sed non ad hunc usum popularem atque ciuilem, de re publica disserebant. ab hac familia magis ista manarunt, Platone principe; post Aristoteles inlustrauit omnem hunc ciuilem in disputando locum Heraclidesque Ponticus profectus ab eodem Platone; Theophrastus uero, institutus ab Aristotele, habitauit, ut scitis, in eo genere rerum, ab eodemque Aristotele doctus Dicae-

---

iis resectis pendent proxima cum de optuma re p. quaereretur, *et Gruterus quidem etiam illa* in illis libris *abiecerat* quærer&ur *A*

1 de magistratibus *cum Halmio delet Baiterus, et tamen apte post illa* cum de optuma re p. quaereretur *addi uidetur, et si est mera abundantia, ne haec quidem intolerabilis aut singularis, confer de oratore I* 16, 68. 69 2 quaedā *praeter* qu *in rasura A* τheopharaſτo *A* τhe|o praeſτo *B* dıon*ſτoıco *A* Diogene *Turnebus* 3 quęſıτa (qu *in rasura*) *A* ſub*τılıuſ *A* (*uidetur* p *erasa*) ſubτılıauſ *B* 4 ain *editiones* anın *A* an|ın *B* τracτa *B* τracτa[τa] *A* 6 nıſı **** ab eo *A* (*sic*) 7 mago *B* 8 p[a]oeneτıo *B* panä&ıo (a *altera corr*) *A* ıllı (ıll *in rasura*) *A* 9 pupularē *B*

10 ab hac familia *deteriores* ăb (a *ante* b *corr ex* o) hanc famılıa *A* ab hanc famılıa *B*; *pronomen ad Theophrastum* (*u.* 2) *refertur, cf. ad Att. II* 16, 3; *ceterum 'hac familia' Peripateticos Academicosque complectitur, quod ne quis miretur, cf. Acad. post. I* 6, 22 illud imprudenter, si alios esse Academicos, qui tum appellabantur, alios Peripateticos arbitrantur; *itaque de fin. IV* 18, 49 Aristoteles, Xenocrates, tota illa familia *scribit, cf. de leg. I* 21, 55

magıſıſτa (ıſ *ante* τ *e corr*) *A* ıſτa magıſ *B* manerenτ *B* manarunτ *corr ex* manerenτ *A* 12 herachτeſ quae *sed* τ *corr in* d *B* 13 ponτı*cuſ *A* plaτonem *B* plaτonĕ *A* τheofraſτuſ *AB* 14 ınſτıτuſ *A* arıſτoτele (τ *altera e corr*) *A* habıτab ıτuſcıſcıτıſ *B* 15 arıſτhoτele (rı *e corr*) *A* dıce archuſ *A*

archus huic rationi studioque non defuit; post a Theophrasto Phalereus ille Demetrius, de quo feci supra mentionem, mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum[que] otioque non modo in solem atque in puluerem, sed in ipsum discrimen aciemque produxit: nam et mediocriter doctos magnos in re publica uiros et doctissimos homines non nimis in re publica uersatos multos commemorare possumus; qui uero utraque re excelleret, ut et doctrinae studiis et regenda ciuitate princeps esset, quis facile praeter hunc inueniri potest?

Atticvs. Puto posse et quidem aliquem de tribus nobis: sed perge, ut coeperas.

7 Marcvs. Quaesitum igitur ab illis est, placeret*ne*
15 unum in ciuitate esse magistratum, cui reliqui parerent, quod exactis regibus intellego placuisse nostris maioribus; sed quoniam regale ciuitatis genus, probatum quondam, postea non tam regni quam regis uitiis repudiatum est, nomen tantum uidebitur regis repudiatum, res

---

dıceartuſ *B* 1 ratıonıſ *B* ratıonı* ſtudıoq; (ſ *e corr, fuit* ratıonıſ tudıoq;) *A* poſtattheophraſte (te *corr in* to) *B* poſt at*heoph*raſto *A* 2 phaleur euſıle *B* phaleureuſ ılle (ſ ılle *in rasura*) *A* dēm&rıuſ *B* fecıſtı|prae *B* fecı ſupra* *A* 3 mırabiter (li *supra*) *A* eruditorum otioque *editiones* erudıtoꝝ quaeodıo'que *B* erudıtoꝝ quęodıǫque (h, e *supra*) *A sed* quę *in rasura* 4 atq; pul-uerē *B* 5 dıfcrımın *corr* men *A* ꝓdıxı *B* 7 doctıſımoſ (ſ *supra*) *A* nimis *Victorius* mınuſ *AB* uerſatuſ *B* 8 commemora *B* commemora (re *supra*) *A* 10 ınuenı (rı *supra*) *A* 11 alıquē *A* alıqua|ē *B* '*Cicero libenter et prope impudenter laudem captat, quamquam hic minus immodeste id facit quam in Off.* (*I* 1, 3) *ubi prae se Demetrium contemnit.*' *Turnebus* 12 ut] & *B* & (v *supra*) *A* ceperaſ *B* 13 placeretne *editiones* placer& *AB* 14 magıſtratı *B* magıſtratī *A* parerent *editiones* placerent *AB* 15 ıntellıgo *A* placuıſſent *B* placuıſſe** *A* 16 regalı *B* 17 regnı quā regnıſ *B* regnı quā regı*ıſ *A*, *fuit* regnıſ *ante rasuram, ut hinc non recte Halmius* regiis *pro* regis *quod uulgatur effecerit; sed sententiam non puto huic disputationi conuenire nisi* non tam regis quam regni uitiis *posueris* uıcıuſ *B* reputatū *B* 18 est] *ē *A*

manebit, si unus omnibus reliquis magistratibus imperabit. qua re nec ephori Lacedaemone sine causa a 16
Theopompo oppositi regibus nec apud nos consulibus tribuni. nam illud quidem ipsum, quod in iure positum est, habet consul, ut ei reliqui magistratus omnes pareant, excepto tribuno, qui post extitit, ne id, quod fuerit, esset. hoc enim primum minuit consulare ius, quod exstitit ipse qui eo non teneretur, deinde quod attulit auxilium reliquis non modo magistratibus, sed etiam priuatis consuli non parentibus.

QVINTVS. Magnum dicis malum; nam ista potestate 17
nata grauitas optimatium cecidit conualuitque uis multitudinis.

MARCVS. Non est, Quinte, ita. non ius enim illud solum superbius populo et uiolentius uideri necesse erat? quo postea quam modica et sapiens temperatio accessit.

8
* * * conuerte, lex in omnis est. d o m u m c u m 18

1 imperabit *editiones* ımperauıт *AB* 2 ne cephorı *B* nec ephorı (ep *corr in loco eraso paulo ampliore*) *A* lu cedemoneſ|ıne *B* lacedemone* ſıne *sed* ſı *in rasura A* (*fuit in hoc quoque* lacedemoneſ ıne) aт haec pompo *B* aтhaeopompo *sed* т *in rasura et* o *ante* p *ut uidetur corr A* 3 apuт *B* conſulıb· (ıb· *in rasura*) *A* 4 тrıbunı| *corr ex* тrıbū *A* ıpſuт *B* ıpſū** (ſū *in rasura corr*) *A* 5 eı** *A* 6 exepтe *B* exepтo (o c *corr*) *A* 7 fuerat *Turnebus* con|ſolarejuſ (j *corr ex* ı) *A* 8 exſтıтıт *AB* тeneт *B* 9 auxılıū relıū relıquıſ *B* auxılıum relıcım relı|quıſ *A* magıſтraтıbuſ ſ& eтıā ſ& *corr in* ſed *A* magıſтraтıb; ſed &ıā *B* 10 prıboтıſ *B* prıbaтıſ *A* conſolı *B* conſōlı *A* 12 opтımacıū *B* conualuıт quaeuıſ *B* conualuıтque uıſ *A sed* e uıſ *in rasura* 15 ſupbıuſ populo & uıolenтıuſ| populo & uıolenтıuſ uıderı *B* ſupbıuſ populo & uıolenтıuſ populo *********** uıderı *A* 16 modıc& ſapıen|тē peraтıo *B* 18 conuerтem *AB* conuerte *scripsi, quod sic suppleo et interpretor:* ⟨hoc (*scilicet quod imperiis et potestatibus praecipitur, ut se et suos contineant, populi gloriam augeant*) ad ceteros⟩ conuerte, lex in omnis est. *confer pro Cluent.* 55, 150 conuerte nunc ad equestrem ordinem atque in ceteros ordines easdem

laude redeunto; nihil enim praeter laudem bonis atque innocentibus neque ex hostibus neque a sociis reportandum. iam illud apertum est profecto [est], nihil esse turpius quam est quemquam legari nisi rei publicae causa. omitto quem ad modum isti se gerant atque gesserint, qui legatione hereditatis aut syngraphas suas persecuntur, in hominibus est hoc fortasse

---

uitae condiciones, non perferent. *Quintilian. Instit. orat. XI* 1, 38 uerte ut idem Caesar de illo dixerit, arrogantia est. *porro* lex in omnis *dicitur ut infra* 19, 44 scitum et iussum in omnes. *denique de tota sententia conferri quodam modo potest III* 14, 32 haec lex, dilatata in ordinem cunctum, coangustari etiam potest. *itaque ante, non ut uulgo post* conuerte . . . est, *quae cum proximis* domum *cet. coniunguntur, defectus indicium feci, cum praesertim quae praecedunt ea quidem qua usus sum interpungendi ratione plenas efficere sententias uideantur. uulgo* necesse erat, quo posteaquam . . accessit, conuertem *cet. quem quidem defectum ego interitu nonnullorum foliorum archetypi codicis ortum esse cum plerisque statuo nec adducor ut credam maiorem partem suasionis legis de magistratibus quam requirimus numquam scriptam esse a Cicerone: certe omnia argumenta quibus illam suam opinionem firmare studuit Reifferscheidius* (*n. mus. Rhen. XVII* 272) *refelli posse mihi persuasi, quem maxime de totius huius non enarrationis sed suasionis legis consilio et ratione, quae et expresse declarauit Cicero II* 10, 24 *et exemplis, quale est haec de tribunatu disputatio* (*III* 8) *uel illa de augurum iure* (*II* 12), *facile perspicias, a uero aberrasse puto. ex hac autem parte, quae hodie desideratur, reliqua sunt a Macrobio de diff. et soc. gr. lat. q. uerbi* 17, 6 *et auctore incerto de uerbo* 5, 6 *e* *tertio de legibus* *citata uerba*: qui poterit socios tueri, si dilectum rerum utilium et inutilium non habebit? *quae simplex et rectum iudicium ad illam legem* sociis parcunto *III* 3, 9 (133, 6) *referet: et ampliorem quam quae hodie super est de prouinciis disputationem olim praemissam fuisse, uel illa declarant* 8, 18 (142, 9) sed iam si placet de prouinciis decedatur   cum laude redeunto *Victorius* cum laudem pede uno *AB*   1 preter *A*   3 aptū ē ꝓfecto ē nihil eſt turpiuſ quā ẽ quēquā *B* apertū eſt profecto ∗∗ nihil ẽē∗ (e *altera in rasura*) turpiuſ quā eſt quēquam *A*   5 iſtiſ egerant *B* iſtiſe∗gerant (e *post* ſ *e corr*, *fuit* iſtiſ egerant) *A*   6 ad(t)que *A*   li|gatione *B*   ſingraphaſ *corr* ſyn *A* ſyngrapaſ *B*   7 ·om(h)·(i)nibuſ *A*   est *deteriores* & *AB*

uitium, sed quaero, quid reapse sit turpius quam sine procuratione senator legatus, sine mandatis, sine ullo rei publicae munere? quod quidem genus legationis ego consul, quamquam ad commodum senatus pertinere uidebatur, tamen adprobante senatu frequentissimo, nisi mihi leuis tribunus plebis tum intercessisset, sustulissem. minui tamen tempus et, quod erat infinitum, annuum feci. ita turpitudo manet diuturnitate sublata. sed iam, si placet, de prouinciis decedatur in urbemque redeatur.

Atticvs. Nobis uero placet, sed iis, qui in prouinciis sunt, minime placet.

Marcvs. At uero, Tite, si parebunt his legibus, 19
nihil erit iis urbe, nihil domo sua dulcius, nec laboriosius molestiusque prouincia. sed sequitur lex, quae sancit eam tribunorum plebis potestatem, quae in re publica nostra: de qua disseri nihil necesse est.

---

1 uıcıū *B* quero *B* reapse *R. Stephanus* reab ſe *B* re hac *sed* hac *in rasura A* 2 procuratione *editiones* ꝓcuratoˌrē *B* procuratorem̦ *A* ſenaт̄ *B* ſenaтor *sed* o *corr ex* u *A* ullor·R·P· *B* ullo*¦¦RP (ul *in rasura*) *A* 3 lıgaтıonıſ *B* 4 uidebatur *e cod. Vrsinus* uıdeaтur *AB* 5 adꝓbanтem *B* adᵖprobanтem̦ *A* ſenaтuſ *A* 6 leıuſ *sed* ıuſ *in rasura A* leuıſ *B*, *quod cur displicuerit Halmio, nam Moserus haeret in quisquiliis editionum, non intelligo: neque enim nomen poni tribuni, quem ad modum in editionibus quibusdam uetustioribus* Leuinus *legitur, necessarium fuit, nec* leuissimus *quod post Turnebum nonnulli scribunt aptius quam* leuis ınт̄ceſſıſ& *A* 7 mınuтa menт̄e тempuſ eſт qđ *B* annuum *editiones* annū *AB* 8 ſublaтaſ *B* *Ad Att. XV* 11, 4 et habent, opinor, liberae legationes definitum tempus lege Iulia nec facile addi potest 9 *et* 11 prouıптııſ *A* in urbē que *A* 11 hıſ *B* hıſ *A* 13 ad *B* adт *A* parebunt *deteriores* parebanт *B* parebanт *A* 14 urbe* *A* dom̄ ua (*h. e.* domu ſua) *B* 15 prouıптıa *A* sed *Bakio delendum uidebatur*, *perperam, praecidit enim ampliorem de prouinciis disputationem, ut ad aliam iam transeat legem*: *cf. de re publica II* 21, 37 16 ſanттıтe amтrıbonoꝝ *B* quae in re p.] est *addi iussit Turnebus, quod post* quae *posuit Goerenzius* 17 dıſceſſerı *B*

Qvintvs. At me hercule ego, frater, quaero, de
ista potestate quid sentias; nam mihi quidem pestifera
uidetur, quippe quae in seditione et ad seditionem nata
sit: cuius primum ortum si recordari uolumus, inter
arma ciuium et occupatis et obsessis urbis locis pro-
creatum uidemus; deinde cum esset cito necatus tam-
quam ex xii tabulis insignis ad deformitatem puer,
breui tempore nescio quo pacto recreatus multoque tae-
9 trior et foedior *re*natus est. quem enim ille non edi-
dit? qui primum, ut impio dignum fuit, patribus omnem
honorem eripuit, omnia infima summis paria fecit, tur-
bauit, miscuit; cum adflixisset principum grauitatem,
20 numquam tamen conquieuit. namque ut C. Flaminium
atque ea, quae iam prisca uidentur propter uetustatem,

---

1 ad *B* ad (τ *suprascr.*) *A* quero *B corr* quẹ *A* dedeıſτa *B* ḍeḍeıſτa *A* 2 ſencıaſ *B* 3 ın ſıdıτıone *corr* ſed *A* 4 orτum *sed* rτ *e corr A* recordari *editiones* recordare *AB* ınτer∗arma *B* (*uidetur* τ *erasa*) 5 obſeſſı (ſ *suprascr.*) *in rasura A* 6 uidemus *deteriores* uıdımuſ *AB*, *Victorius*, *quam ab Ernesto ut dicit ante inuentam librorum scripturam probat Halmius*, *iniuria: hoc enim dicit: si ad historiae memoriam recurrere uolumus, uidemus h. e. nostro sermone 'finden wir'*; *quem usum uerbi* uidere *attigit et exemplis nonnullis illustrauit Tischerus ad Tusc. III* 25, 59; *ad eandemque rationem dicendi pertinet, quod infra* 14, 31 *scribitur* licet uidere, si uelis replicare memoriam temporum necatus *Puteanus* legaτuſ *AB* ablegatus *Ioannes Auratus et Brissonius teste Lambino* 7 ex CXII *B* pu(e)r *A* 8 τempore-creaτuſ *sed in margine manu antiqua* nefcıo quopacτo *A*; *apparet unde error natus sit: scilicet ab ultima syllaba uocis* tempore *ad primam uocabuli* recreatus *aberrauit librarius*; *Halmii testimonium non satis accuratum* τreτıor *B* τ&rıor *in rasura A* 9 fedıor *AB* renatus *Lambinus* naτuſ *AB* quē *AB* quae *deteriores* quid *Maduigius*; quem enim ille tumultum non edidit *I. Fr. Wagnerus* (*confer Liuium XXXVI* 19, 5) 11 ono|rem *B* honorē *sed* hon *in rasura A* τurbabıτ *B* τurbabıτ *A* 13 namque *Bakius* anque *AB* atque *deteriores* C. Flaminium *deteriores* cū flamınıuſ *B* cōm (m *corr ex* n) flamınıuſ *A*; *et* C. *non* Cn. *esse, ut antea uulgabatur, Turnebus adnotauit* 14 aτq; eaq; *B* aτq; ea quẹ

relinquam, quid iuris bonis uiris Tiberi Gracchi tribunatus reliquit? etsi quinquennio ante Decimum Brutum et P. Scipionem consules, quos et quantos uiros, homo omnium infimus et sordidissimus, tribunus pl. C. Curiatius in uincula coniecit, quod ante factum non erat. C. uero Gracchi ruinis et iis sicis, quas ipse se proiecisse in forum dixit, quibus digladiarentur inter se ciues, nonne omnem rei publicae statum permutauit? quid iam de Saturnino, Sulpicio, reliquis dicam? quos ne depellere quidem a se sine ferro potuit res publica. cur autem aut uetera aut aliena proferam potius quam 21
et nostra et recentia? quis umquam tam audax, tam nobis inimicus fuisset, ut cogitaret umquam de statu nostro labefactando, nisi mucronem aliquem tribunicium exacuisset in nos? quem cum homines scelerati ac per-

---

(*corr ex* que) *A* 1 reliquā (n *supra*) *A* re|lıquā *B* uiris] uırı*ſ (*fuit* uırıſ) *A* T. *uel* Ti. Gracchi *editiones* lıberı gracchı *AB* 2 relıquıт (т *corr ex* d) *A* quınque annıo *B* dū brutū *B* dum brutum (decium *supra*) (ruт *in rasura*) *A*, Decimum *Victorius* 3 p̃·ſcıpıonem (p *ante* ı *e corr*) *A* 4 ınfırmuſ *B* ınfı*muſ *A* (*fuit in hoc quoque haud dubie* ınfırmuſ) C. Curiatius *Ascensiana, Victorius* ·c· curıaтuſ *AB* 6 gracchı *AB quod uerum puto,* Gracchus *editiones* et iis sicis *Turnebus* & ıı ſ ſıcıſ *B* &ınſcıтıſ *praeter* & *in rasura A, et in margine antiqua manu* excıdıſ (ıı c *supra*) proiecisse *editiones* proıecıſſ& *AB* 7 deglarıarenт̃ *B* degladıa|renтur *sed* de *corr in* dj *et* dıa *in rasura A* 8 perturbauit *unus Oxoniensis Goerenzii, Maduigius Opp. I* 472 9 Saturnino, Sulpicio *Goerenzius* ſaтurnını ſupplıcıo *B* ſaтurnını ſupplıco (ı *supra*) *A* 10 a ſe *corr ex* a re *A* 11 alıena *B* ꝓferaт *B* proferā* (˜ *e corr, fuit* eraт) *A*, profero *Halmius, ac poterat sane* quid ego uetera profero? *non poterat opinor* cur uetera profero potius quam recentia? *et confer Tusc. I* 45, 108 *praemissis singulorum quorundam opinionibus* sed quid singulorum opiniones animaduertam, nationum uarios errores perspicere cum liceat po|cıuſ *B* 12 recencıa *B* 13 fuıſſ& & uт *A* cogıтarẽ *B* cogıтareт *sed* т *extrema e corr A*

Haerent nonnulli in duplici umquam, *sed confer pro Sestio* 13, 30 hic si umquam uos eos, qui nunc estis, in re p. fore putasset . . . umquam ausus esset senatum de re p. tollere? *de simili*

diti non modo ulla in domo, sed nulla in gente reperirent, gentes sibi in tenebris rei publicae perturbandas putauerunt. quod nobis quidem egregium et ad inmortalitatem memoriae gloriosum, neminem in nos mercede ulla tribunum potuisse reperiri, nisi cui ne
22 esse quidem licuisset tribuno. sed ille quas strages edidit. eas uidelicet, quas sine ratione ac sine ulla spe bona furor edere potuit inpurae beluae multorum inflammatus furoribus. quam ob rem in ista quidem re uehementer Sullam probo, qui tribunis plebis sua lege iniuriae faciendae potestatem ademerit, auxilii ferendi reliquerit, Pompeiumque nostrum ceteris rebus omnibus semper amplissimis summisque ecfero laudibus, de tribunicia potestate taceo; nec enim reprehendere libet nec laudare possum.

10 23 Marcvs. Vitia quidem tribunatus praeclare, Quinte, perspicis, sed est iniqua in omni re accusanda praetermissis bonis malorum enumeratio uitiorumque selectio: nam isto quidem modo uel consulatus uituperari potest, si consulum, quos enumerare nolo, peccata collegeris; ego enim fateor in ista ipsa potestate inesse quiddam mali, sed bonum, quod est quaesitum in ea, sine isto malo non haberemus. 'nimia potestas est

genere graeco Maetznerus in Antiphont. p. 211 1 repperırent *AB* 4 ımmort. *B* 5 mer ec de *B* repperırı nıſı cuı neceſſe *A* repperırını ſıcut neceſ|ſe *B* ne esse *R. Stephanus* 6 quıde *A* trıbunoſ *B* qua [ſ] *A* ſtrageſ *B* 8 bona *corr ex* bono *A* furor edere *Aldina, Victorius* futura reddere *AB* ımpura euelbe *B* ınpurę belue *sed* belue *in rasura A* 10 ſublā *B* trıbunıſ ſpł *B* 11 facıende *A* poteſtate *B* auxılıū *B* auxılıū *corr ex* auſılı *A* 12 relıquerıt *superscriptum A* pompe*ıūq; (ı *e corr*) *A* 13 & fero *B* ecfero *sed* ec *in rasura A* d&rıbunıcıa *A* 16 uıcıa *B* uıtıa *in rasura A* preclare *A* 17 ꝑpıcıſ [ſ] *A* acuſanda *A* accuſant da *B* 18 uıcıorū queſe ſelectıo *B* uıtıorūque**ſelectıo *A* 19 conſōlatuſ *A* uituperari potest *Feldhuegelius* uıtupeteſt *B* uıtup&ra eſt [bılıſ] (ra *e corr*) *A* 20 conſōlum *A* 21 fateor (te *in rasura*) *A* 22 malıſ *B*

tribunorum plebis.' quis negat? sed uis populi multo
saeuior multoque uehementior, quae, ducem quod habet,
interdum lenior est, quam si nullum haberet; dux enim
suo *se* periculo progredi cogitat, populi impetus periculi
rationem sui non habet. 'at aliquando incenditur.' et 24
quidem saepe sedatur. quod enim est tam desperatum
collegium, in quo nemo e decem sana mente sit? quin
ipsum Ti. Gracchum non solum neglectus, sed etiam
sublatus intercessor euertit; quid enim illum aliud per-
culit nisi quod potestatem intercedenti collegae abro-
gauit? sed tu sapientiam maiorum in illo uide: con-
cessa plebei ista *a* patribus [ista] potestate arma ceci-
derunt, restincta seditio est, inuentum est temperamen-
tum, quo tenuiores cum principibus aequari se puta-
rent, in quo uno fuit ciuitatis salus. 'at duo Gracchi
fuerunt.' et praeter eos quamuis enumeres multos licet,

---

1 T̃R·P̃L *A* ·Ī·R̃Pł *B* multoſ euıor *B* 2 multũq; uem̃tıor *B* multoq; ue|hemementıor *A* cum habet *deteriores nonnulli, quo Halmius usus est* 3 eſt quā ſı *praeter* ı *in rasura A* nullā *B* nullā̄ *A* 4 suo se *deteriores pauci* se *om AB* 5 aliquando *editiones* alıquanto *AB* 6 faedatur *B* 7 nemo* edecẽ* ſana mente (e *ante* dec, ˜ *super* ẽ, a *ultima in* ſana *e corr*) *A* ſanem̃tę *B* 8 neglectus *Manutius* nectuſ *AB* *Confer Philipp. II* 22, 53 intercessio neglecta, ius tribunicium sublatum 9 euertit *scripsi* fuerat *AB* *Confer pro Milone* 21, 56 saepe spoliantem iam et exultantem euertit et perculit: *scilicet quae illic coniunguntur uerba, eisdem hic uariatur oratio* illum aliud *editiones* ıllud alıud *AB* 10 intercedenti *Maduigius* ıntercedendı *AB* college *B corr* gę *A* 11 sapientiam maiorum in illo *Turnebi editio a.* 1552, *idem* maiorum in hoc *iam* 1538 *coniecerat;* ſa|pıentıam maıorınıhılo *A* ſapıentıā maıorınıhılo *B* concesſa plebe ıſta patrıbuſ ıſta poteſtaſ *A* (*sic*) conceſſe plebe ıſta poteſtaſ *B* (*sic*), concessa plebi (plebei *Halmius*) a patribus ista potestate *editiones; sed mihi praestabilius uisum est prius* ista *teneri, conf. p.* 158, 2 12 armacae ceder̃ *B* 13 reſtınta *B* reſtı^c^nta (r *e corr*) *A* ſedıtıo (τ *e corr*) *A* 14 putarent *Ernestus* putarınt *B* putarım *corr* ınt *A* 15 ad^τ^ *A* ad *B* grachı *A* gracchıı *B* 16 fuerut *B* & preter (& *in*

cum deni creentur, *non* nullos in omni memoria repe-
ries perniciosos tribunos, leues etiam, non bonos, for-
tasse plures: inuidia quidem summus ordo caret, plebes
25 de suo iure periculosas contentiones nullas facit. quam
ob rem aut exigendi reges non fuerunt aut plebi re,
non uerbo danda libertas: quae tamen sic data est, ut
multis praeclarissimis adduceretur, ut auctoritati prin-
11 cipum cederet. nostra autem causa, quae, optume et
dulcissime frater, incidit in tribuniciam potestatem, ni-
hil habuit contentionis cum tribunatu; non enim plebes
incitata nostris rebus inuidit, sed uincula soluta sunt
et seruitia concitata, adiuncto terrore etiam militari.

---

rasura) *A* ınnumereſ *B* 1 deni creentur *Turnebus* denı creanтur *AB* (*sic*) deni creantur *uel* crearentur *editiones* non nullos *Turnebus* nulluſ *B* nulluſ *corr* nulloſ *A* reppeneſ *A* 2 pnıтıoſoſ *B* quam bonos *Halmius, sed nec ille neque ceteri ut uidetur orationis formam recte ceperunt: hoc dicit* nonnullos in omni memoria reperies perniciosos tribunos, leues etiam fortasse plures (*quem ad modum pro Milone* 34, 92 iam satis multa de causa, extra causam etiam nimis fortasse multa); *unde apparet* etiam *ad totam sententiam pertinere, non ad* non bonos, *quod* ἀσυνδέτως *alteri nomini* leues *ut grauius adiicitur* 5 re *in rasura A* 6 dande *B* daтa.ẽ *in rasura A* 7 multıſ p̄clarıſſımıſ *AB, de quibus sic iudico ut olim, nec* multis *nec* praeclarissimis *correctionem recipere, sed omissam esse uocem, siue* institutis *fuit quod post* multis *facile excidere poterat siue aliud, cui haec duo nomina adhaererent;* multis praeclarissimis legibus *Lambinus* adduceretur ut *deteriores* addıcer& uт *B* addıcereт uт *sed* ~ *e corr et* uт *in rasura A* 8 ſeder& *B* ceder& *corr ex* ſeder& *A* 9 incidit *editiones* ıncendıт *B* ıncendıт *A* тrıbunıтıā *A* 10 conтenтıoneſ cū тrıbunaтū *B* plebıſ *B* plebıſ *corr* plebeſ *A* 11 nr̃aſ reb; *B* 12 ſeruıcıa *B* concitata *Goerenzius* (*idem de inducendo priore* incitata *perperam cogitans*) ıncıтaтa *AB* *Cf. ad fam. X* 33, 4 non modo nationes sed etiam seruitia concitaturum; *pro Flacco* 8, 18 opifices et tabernarios atque illam omnem faecem ciuitatum quid est negotii concitare; *Acad. pr. II* 47, 144 quo enim spectat illud, cum artificia tolli quereris a nobis, nisi ut opifices concitentur? qui si undique omnes conuenerint, facile contra uos incitabuntur.

neque nobis cum illa tum peste certamen fuit, sed cum grauissimo rei publicae tempore, cui *ni* cessissem, non diuturnum beneficii mei patria fructum tulisset. atque haec rerum exitus indicauit: quis enim non modo liber, *sed* seruus libertate dignus fuit, cui nostra salus cara non esset? quod si is casus fuisset rerum, quas 26 pro salute rei publicae gessimus, ut non omnibus gratus esset, et si nos multitudinis furentis inflammata inuidia pepulisset tribuniciaque uis in me populum, sicut Gracchus in Laenatem, Saturninus in Metellum, incitasset, ferremus, o Quinte frater, consolarenturque nos non tam philosophi, qui Athenis fuerunt, qui hoc facere debent, quam clarissimi uiri, qui illa urbe pulsi

---

